

Opere, che si contengono  
in questo libro.

1. De Northmanij Principibus, ac Regibus  
D. Rocchi Lrvi. Panormi 1543.
2. Del Regno di Sardegna Discorso Politico  
del Duca di Montalto Vicerè et la  
fondatione del Tribunale di Giustizia.  
in Caplini 1544.
3. Sedici ritratti delli Duchi di Montalto  
descritti nel labejo di Cabrissetta  
in spagnuolo
4. Della Ribellione di Portogallo. in spagnuolo
5. Istanze del Duca di Montalto et il trattamento  
d'esse. delli Vicerè della Duca Sicilia  
duplicato il sud. memoriale, e mancanti.



Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

Handwritten text, likely the beginning of a paragraph or section.

Handwritten text, continuing the main body of the document.

Handwritten text, possibly a concluding paragraph or a separate section.



# CHRONOLOGIA

R E G V M.

PENES QVOS SICILIAE

EVIT IMPERIVM POST EXACTOS  
SARACENOS.

Vbi

REGVM ETIAM FAMILIAE MAGNA EX PARTE  
*explicantur; eorumdem Vices-Gerentes, & Principi quique Consi-  
liarij recensentur.*

AVCTORE ABBATE NETINO, AC REGIO  
Historiographo.

## D. ROCCHO PIRRO

S. T. ET V. I. D. IN SANCTO QVÆSITORVM FIDEI  
Tribunali Censore, atque Consultore.

*Libreria  
Cell. Rom.*



*Sec.  
Sec. Segn.  
Abas S. M. G. S. S.*



## PANORMI

Ex Typographia Petri Coppulæ . M. DC. XXXXIII.

Imprim. Abbas Geloſus V. G.

Imprim. de Denzi Praſ.



O consilio in prima huius Operis editione breuem Principum, qui Siciliam rexerunt, Chronologiam meis Præfulatum Notitijs prætexendam exiti manu, ut quæ ad Ecclesiasticos Siciliæ Annales & tenebris eruendos, & sæculari hystoria decerpenda mihi erant, sub vnum veluti conspectum quò breuius, eò gratius cuncta proponerem; si enim diuelli historico læpè non licet sæcurem, & ecclesiasticum magistratus, quos res ipsæ artissima cætenatione colligatos augetores habent, totius profectò hystoriz facies nitidior, ac pulchrior quasi affusa læe sese lectori exhibebit: cum non Præfulum modò singulorum, sed Regum etiã, quatenus mearent tempora, vitæ rationes, iusta, aliaque huiusmodi luculenter enarrantur. Et quamuis tunc veritus, ne meos transilirem fines, breuitati quàm maximè studuerim; mihi tamen postea displicuit aliquantum illud breuitatis studium, quòd vel ingrati, vel ferè inuidi animi notam potuit inuere: cum enim in recensendis Abbatiarum, & Monasteriorum institutionibus, & plurimorum bonorum largitionibus in auctorum nomina sæpè lector incurrat, ingratus profectò essem, tam pie, ac tam magnificè liberalitati, nisi qua possèm generis, ac nobilitatis commendatione illos exornare: imò inuidus fortè plerisque viderer, si nosset me in antiquis nostræ Siciliæ populis reuoluendis diu, diligenterque versatum plurimos afferre potuisse, qui nobilissimarum nunc in Sicilia degentium familiarum vel auctores fuerè, vel ornamentum illis actulere exitium, silentium tamen mihi indixisse, nisi ium religioso sequenda breuitatis amore compulsum. Ergo hæc in secunda Notitiarum editione amphorem damus Chronologiam: neque enim Regum solum nomina, diemque initi regni, aliaque huiusmodi proferimus, sed quoque vsuquique vxores, ac liberos habuerit, liberorum etiã coniuges, ac nepotes, familiamque vniuersam, quantum à nobis aliud agentibus cognosci potuit, recensemus; ita enim fiet, ut quotquot suis bonis Abbatias, Monasteria instituerunt, vel auxerunt, plenius agnoscantur, & nobilissimæ familiæ in quàm plurimos indicant, qui illis ornamentò esse possint; imò & familiarum, in quarum incidi mentionem, indicem seorsum dabimus, ut ad manus magisq; obuia sint vniuscuiusque decora. Id tamen præmoneo me nec omnium familiarum quidem nec omnium singularum ornamenta enarrare voluisse: aliud enim ago, nec instituti operis ratio id postulat, aut patitur; id ergo afferam, in quod incidi, dum ad rem meam antiqua peruoluo tabularia, & scriptores, quare quod præteritum hic à me est, vel à me ignoratum, vel è memoria excidisse credatur, velint; obliuio verò, aut ignorantia in recensendis viris illustribus familiarum, in eo præsertim, qui non proficetur se huiusmodi genologis scribere, pudori nequaquam esse poterit. Satis igitur mihi erit pluribus profuisse; non profuisse omnium nolim, ut aut mihi, aut illis obit, quæ profero, vera sunt, quæ taceo, ignota quidè mihi sunt, sed nõ ideo meo suffragio falsa censeri debent: nec, quia aliquid me latet, obscurum est, latere enim potuit: quia mea mentis acies non potest omnia vnà complecti. Addere etiam visum est, qui nam Regum vices subierint in administranda Sicilia, qui Proreges fuerint, quique præcipui Regum Consiliarij: id enim prodesse meis Notitijs aliquando video alijs etiam magis id profitorum, etiam spero. Sed ab Northmannis Regibus, eorumque origine Chronologia erit initium: nam quæ sub Græcis, Romanis, Gothis, ac Saracenis rerum fuit series, in tenebris penè omnis delitescit; pauca admodum afferre poteramus nisi inter lè longo tempurum, interuallo diducta, nec aliquid addendum ijs, quæ alij scripsère, sese obtulit. deducto verò ab Northmannis exordio, licebit rerum seriem minimè huiusmodi, atque intermissam afferre, neque tamen hic omnia reponam: nam pleraque aptius cadunt in nostrâ de singulis Præfulibus Breuiaria. Illud demum hinc emolumentum capero, ut cuiam Siciliensium Urbium Principem tribuat locum facile lector apud sese statuat: si vera, ac vetera etiam Regum diplomata momenti aliquid ad faciendam fidem habere opinetur; simulque inuidiam à me repellat omnem, siquam fortè quispiam constare adlaboret, qui aliam meis in Notitijs seriem sua cupiditate ductur requirat.



DE NORTHMANNIS PRINCIPIBVS,  
ac Regibus

Ab anno Domini 1059 vsq; ad annum 1194.  
in Sicilia Imperantibus.



per 1 an-  
nos 135.

**R**OLLONEM strenuissimum Ducem in Dania Prouincia ex Gorthorum gente ortum, atq; GILLAM auitis Gallorum Regum splendoribus radiantem, maioribusque nobilitatis luminibus illustratam nostri Northmanni Principes sui generis auctores, ac hæreditarium decus haud interrupta ætatum, honorumq; serie ductum in posterorum ornamenta augustius habuere.

Porrò Gilla, seu Gissa a suam repetit genus à *Carolo Magno Gallia, Italia, & Alemanie Rege*, Pipini R. & Berthæ Heraclij \* Imp. gnate filio. Iste autè Carolus genuit *Ludouicū Pium Gallorum Regem, & 1. Occidentalem Imper.* Ludouicus ex secunda vxore Iuditha genuit *Carolū Caluū eorumdem Regem, ac III. in ordine Imperatorem*; ex prima verò coniuge nomine *Hidelgrada* genuit *Ludouicum Alemanie Regem, ac Bauaria Ducem*, ex eo *Carolus Crassus Gallia Rex; & Imp.* in quo extincta est linea primogeniti Ludouici Imperatoris.

Ex *Carolo Caluo* etiam *Gallico Rege, & Imper.* de secundo coniugio Ludouici cum *Richilda* de Ardēna exortus est *Ludouicus Balbus Francorum Rex, & Imperator IV.* qui ex *Adelasia Burgundiæ* habuit *Filiam Adelasiam de Gallia* nuncupatā ( hæc nupit *Richardo Burgundiæ Duci*, ex ijs *Filius Rodulphus* temporis progressu huius nominis vnicus *Rex Gallia*) ac ex vxore *Regina* duobus mēlibus prægnante posthumū *Carolus* iustus nominis iij. & *Gallia xxvj. R.* ex summa bonitate cognomento *Simpli- cem* reliquit sub tutela, Regijsq; vicibus in *Gallia* (donec infans *Carolus* adolesceret) *Oddonis*, seu *Eudonis* prognati *Roberti Parisiensium Ducis, Andaguen- siumq; Comitit. Demum maxima Procerum pars cum Balduino Flan- dria Comite, ac Fulcone Remensi Archiep. reclamante, Oddonē tutorem Caroli Simpli- cis regnare iubent, cum Valterius Sanonum Archiepiscopus iniunxit an. 890. Oddone obeunte, cum Carolus cōdeuictissimus an- num ageret, Regnum repetit. ex ducta *Elgina Oduardi Regis Anglia filia Ludouicum IV. dictum Vltramarinum, & GILLAM* suscepit.*

Per hæc tempora scribit *Dionysius Petrus Societatis Iesu d: Inter Regni maiores eminebat Robertus \* Roberti filius, qui a Northmannis in- acie interfessus fuerat, filius; Oddonis siue Eudonis frater; regnabat in Francia tunc Carolus Simplex; qui Eudone Rege tutore mortuo anno 898. solam regium nomen obtinuit, qui cum Danis, seu Northmannis Galliam populantibus, pacem, & fœdus sanxit. Gissa, seu Gilla filia ROLLON I corum Duci matrimonio data: à Francone Rothomagensi Episcopo christia- nis sacris initiatus, Roberti, à quo de laudera susceptus est, nomen accepit; concessa & illis est ad habitandum ora Gallia maritima, \* qua ad septen- trionem spectans Northmannia dicitur.*

**ROLLO** igitur, qui dotis nomine Primus Northmanniæ Dux fuit, ex *Gilla* coniuge s, non ex *Popæ Saluaternensis Comitit* filia, vt putat *Dudo, VVillelmū* cognomento *Longaspa*, atq; alios duos, qui

a ex Dudo-  
done 5.  
Quintini  
Decano li.  
11. fol. 84.  
Grillæ

profa-  
pia  
\* Heraclij  
Imperato-  
res quinq;  
1. expugna-  
tor Persiæ  
et inuentor  
sanctæ Cru-  
cis.

2. dictus  
Cōstan. II.  
3. dictus  
Const. III.  
4. dictus  
Const. IV.  
5. dictus

Iustinianus  
II bigenit-  
tor Regius  
Berthe-  
bex Paulo  
Emilio, &  
Sabelio  
de reb. gest.  
Fran Oddo  
nem alienū  
agere

Caroli Ma-  
gno.  
c ex Rob-  
to Gagnio.  
d in suo Ra-  
tionis ten-  
porum.

\* Dux Pa-  
risiensium.  
& Comes  
Andaguen-  
sis.

\* Neustria  
hic est pars  
citerioris  
Britania.

Anno.  
Dom.  
912.  
I.  
Dux  
North-  
manniæ

rex Dudo  
nel. 11 fol.  
84.  
rex Helia  
Rozeres  
in gene  
log. 1a.  
cob. Dorp.  
in geneſi  
pracip. ſa-  
nuſtero,  
giudoſba-  
rybaſi in  
lluſtraſt.  
geneſi.  
Iacobo  
Burg. ad  
ſuppl. Au-  
ſtore de  
Regno Da-  
nica, & Gal-  
lo. &c.  
rex Dudo  
nel. 1. c. 18  
hic filius  
ſuit Regis  
Ludovici  
II. nuncu-  
pauit Franſ-  
marino,  
quod hic  
ruſalem ad-  
iit, & apud  
Angliam  
nutritus.  
an. 945. ex  
Regina Ger-  
berga hunc  
Loibarium  
penultimū  
Regem de  
linea C. Ma-  
gnū tulit. ex  
Loibario,  
& Reg. ſua  
ſemioritur  
eſt Ludoui-  
cus V. in  
eo deſiit  
Caroli ſi-  
nea.  
h ex Dudo  
nel. 1. c. 13  
i ex Chyſit  
baſi. & Hel-  
ia.  
KOrdac. vi  
tali 1. 3. fol.  
483. & L. 7  
fol. 648.

ſine prole obiere, tulit liberos.

VVILLELMVS an. 917. parentibus Rolloni, & Gillæ ſucceſſit, Sportam ille nobiliſſimam regio ex genere puellam connubio ſibi iunxit; ex qua Richardus an. 939. procreatus eſt

Richardus patri anno 942. occiſo quadriennis ſufficitur; nullis ex priore vxore Emma Magni Hugonis filia liberis pcreatis, à Gumaride verò tres filios. 1. Richardum. 2. Robertum. 3. Magerium, totidemq; filias ſuſcepit. Eidemq; ex pellicibus nati ſunt Gothfridus, & VVilhelmus, duæq; aliæ foeminae. Hic bellis contra Lotharium Gallorum Regē iuſtè, fortiterq; geſtis in hitoriarum monumentis commendatur.

Richardus II. ex Iudith Goifredi Britannorum Comitis Sorore. 1. Richardum. 2. Robertum. 3. VVilhelmum, totidemque filias reliquit. b

Richardus III. eodē, quo patri ſucceſſit anno 1126. veneno perēptus eſt; Roberto II. fratre ditionem occupante. Ex hoc Richardo III. aliquot, ſed plures & quidē magnæ auctoritatis ſcriptores, ex VVilhelmo tertio genito Richardi II. ob præclarè geſta Ferreobracbio nuncupato Tancredum exortum eſſe perhibent. Is ſanè VVilhelmus Tancredi genitor Northmāniæ Dux, Arques, atq; Tallonis Comes fuit. i

De Comite Tancredo, vxoribus, & filijs.

TANCREDVVS tertio loco ex Duce Northmaniæ VI. VVilhelmo natus in oppido, ſive pago Altauilla in agro Cōſtantiēſi Northmanniæ; ab agro ipſe Cōſtantiēſis ab auctoribus Northmannis, de Altauilla verò à pago, vel Altauilla Comes ab illius oppidi dominatu, à Noſtratribus nuncupatur. Hic ex duabus ſui generis vxoribus prima Moriella, ſecunda Freſenda ſive Freſenda nobiliſſima XII. filiorum prole auctus, tot Principum, Regumq; in Italia, Sicilia, Scotia, & in Hispania parens, principum, ſons, & origo extitit. Primogenito paternam hereditatem de more Northmanno demādaui, cōteris verò, vt extra patriam ſolum virtate bellica, quæ ſibi ad vitam forent neceſſaria compararent, indixit; patri obſequentes in Italiam illi peregrinorum habitu, ne à Romanis caperentur, per interualla tēporū aduenerunt. Porrò aduentus tempus, ſimulatā occasione adeo paucis perſtrinxit Alexander Monachus, vt quæ ille protulit; ea mihi hoc loco abſque lectoris tœdio exſcribi poſſe putarim. Sic ille.

Et tempore, quo Gracorum exercitus dominabatur Apuliam, contigit quosdam Northmannorum ad Cryptam S. Angeli ſitam in Monte gargano cauſa orationis venire, ubi dum viderent quendam virum nobilē cuius Barenſem nomine Melum, more Gracorum veſtibus indutum, caput mirificè habentem, quaſi mitra ornatum; interrogantes eum, quis, & unde eſſet? qui ſe Barenſem eſſe reſpondit, & Gracorum perſidia exulare à patria; ſed dicebat, ſi Northmannorum haberet ſubſidium, & patriam poſſe recuperare, & faciliè Gracos ab ea expellere. Northmanni itaq; hoc audientes, & ſua, & ſui gentis promiferunt ei dare auxilia, & repatriantes cum magno poſt exercitu Roma tranſeuntēs inermes ad Campaniam deſcenderunt. Reliqua ſuſius habes apud illius æui Northmannos ſcriptores, Dudo- nem ſcilicet. Querini Diaconum Oratoricum Vitalem Vicenſem, VVilhelmum Gemmeticeſē Benedictinos Monachos, atq; eiufdem ordinis Goifredum

917.  
II.  
Dux.

942.  
III  
Dux.

996.  
IV.  
Dux.  
1126  
V.  
Dux.

VI.  
Dux.

*Gosfredum Malaterram*, qui Comitis Rogerij hortatu his de rebus et legantem edidit libellum. ego verò ad nostra propero.

*DE Tancredi primo filio Richardo Serlonis.*

I. *Serlo*, siue rectius *Richardus Serlo* Comitis Tancredi ex *Moriella* natu maior q, vt moris est Northmannis, patria non excessit, parentum hæres titulo fortè Comitis *Althæuillæ* cohonestatus; excessit tamen eius filius *Serlo* ad patruos Ducem *Robertum*, & Comitem *Rogerium*, corporis liquidem fortitudine, animiq; virtute præstas adolescens in *Sicilia* ob victoriam contra *Arabes* apud *Cirram* unam partem, tota illa regione *Giracio* contermina sub titulo Comitatus à patruo *Siciliæ* Comite *Rogero* donatur, cohonestaturq; ad quam fortiter tuendam anno sal. 1072. *Serlo* ipse cum inter *Nicosciam*, & *Agyram* in *Saracenorum* incidisset insidias, occiso prius, cui insidebat equo, telis confixus occubuit, atq; ex illo *Rupi Serlonis* nomen, quod adhuc retinet, datum est: relictis vidua vxore, & ex ea filia *Eliusa*. de quibus hæc traduntur.

*Gregarius miles nomine Angelmarus Comiti Rogero diu seruiuerat, cui ipse Comes quamuis inferioris generis esset, propter militarem seruitutem, quam in eo videbat, volens seruitium bene esse, vt sibi semper fuit mos, remunerare, vxorè nepotis sui Serlonis, scilicet apud Siciliam à Saracenis interempti dedit nuptus cum omni iure sibi competenti quarta super Comitatu Giracij, ipsa multum renitente, vt praelari generis muliere: erat enim filia *Eudulphi* *Batanensis* Comitis, vt militis generis sitas inter soldales clarior fieret, &c.* Ea verò est humanæ mentis elatio, vt beneficiorum recordatione flecti nequaquam possit, si semel eam dominantium cupido incesserit. Non multò post *Angelmarus* tanta mulieris connubio elatus, humilitatis suæ honorem non seruans, munito *Giracio Serlonis* olim ditionis oppido, à *Rogero* rebellat. Cum verò illi *Rogerus* pennis dedisset, *Giracij* ab eorumq; oppidorum imperium pro *Eliusa Serlonis* filia recuperat, & *Rogero* de *Barnauilla* inter *Northmannos* nobilissimo viro cui tradita nuptui fuerat, defert.

Ex hac *Eliusa Serlonis* filia, *Richardi Serlonis* nepte, *Tancredi* Comitis pronepte ad nostra tēpora nobilissima *Prosapia Northmannæ*, atq; Comitatus *Giracensis* propagantur. & primò in priuilegijs *Ecclesiæ Patensis* legimus: *Rogerus de Barnauilla assentiente Eliusa vxore dedit in tenimento de Castronouo Ecclesiam S. Petri cum terris, & viginti villanis, & in territorio Giracij in Sicilia Ecclesiam Sanctæ Trinitatis cum terris, vineis, & sex villanis.* Hinc *Rogerus* ipse, qui cum *Rogero* Comite *Siciliæ* in diplomatibus an. 1095. & an. 1097. subscribitur, iure vxoris *Eliusæ* dominus fuit *Castrinoui*, & *Giracij*. Non multò post, coniuge, & filijs in *Sicilia* relictis, vnà cū *Buamundo*, eiusq; nepote *Tancredo*, ac *Northmannæ* Duce *Roberto* profectus ad *Terræ sanctæ* expeditionem, in *Antiochia* strenuè pugnans, à *Paganis* nonis Iunij an. 1098. occisus est, & in *S. Petri Antiocheni* honorificè sepultus. Vt non immeritò cecinerit *Parthonopæus* *Homerus*.

*Roger di Barnauilla infra gli egeggj  
La vecchia fama, & Engerlan ripone.*

Interim in *Sicilia* rebus turbatis, duo filij *Reynaldus*, & *Rocca*, quos

1 Fazell.  
dec 2 d. 6.  
f 417. Gc.  
m ex C ha-  
rybat in illis  
fl chron  
n ex Ordor  
le.  
o in suis  
Chron de  
D Barthol.  
Barenfi  
pin l. 6. de  
scripi. C  
Chron. Nor  
thm  
q Malat. l.  
3 c 49. Fa  
zell dec.  
2 l 6 c 2.  
rex cod.  
Faz. l. 7. c.  
2 f 4 25  
sex Mal  
ter.  
t ex Fazell.  
f. 34  
u Malat l 3  
f. 11.  
de vxore,  
filia,  
& success  
foribus  
Serlonis  
\* hic gene  
re erat  
Neapolis  
nisi ibi e  
nim Comi  
tatu Batan  
ni.  
x Malat. l. c.  
y ad an 109  
4 f l 306.  
& 308.  
de fami  
lia Bar  
nauilla  
Giracij  
domina  
? Eccl. Pa  
norm. fol.  
106.  
Agr. fol.  
175.

aex VII. l. Archi-  
 ep. Tyri,  
 & Ord. l.  
 7. f. 641.  
 & 19. f. 28  
 bloc. laud.  
 e v. p. u. s.  
 Io. Philipp.  
 Sancti  
 de siml.  
 v. g. int.  
 d. u. o. i. n. o. t.  
 Pa. l. f. 393  
 e m. s. u. s.  
 Chron. vi-  
 ginti.  
 f. habes in  
 seg. ion in  
 nostr. col. lib. 3  
 f. 275.  
 de fami-  
 lia Cre-  
 one do-  
 mini Gi-  
 racij.  
 g. Falcadus  
 f. 229. Ca-  
 pecius la-  
 tro in hist.  
 Neap. l. 3.  
 f. 124. &  
 126.  
 h. ex v. s. dem  
 Fazell. fol.  
 498. Cap. 5.  
 f. 133.  
 i. ex M. 5.  
 autog. apud  
 d. Carolum  
 v. g. int.  
 k. in nostr. o.  
 l. 2. f. 491.  
 l. in in suis  
 com. cent.  
 de siml.  
 v. g. int.  
 m. ex hist. ue-  
 t. f. i. s. Lon-  
 gobardica  
 n. apud Ha-  
 gonem Falc.  
 fol. 164.  
 o. autogr.  
 apud Ca-  
 rolum v. g.  
 int.

quos ex Comitissa Elinfa susceperat Rogerius iste, bonis fortè expoli-  
 antur; vnde ait Malaterra b: *Raynaldo nepoti Comes Rogerius concili-*  
*antibus primoribus Giracium repensens concessit.* Hic Raynaldus, vel  
 eius filius nomine etiam Raynaldus c in comitatu successor S. Marie  
 de Palatijs in agro suo Tusæ Feudum elargitus est d. Quo sine prole  
 defuncto Comitatu huc Rogerius Rex relinens *Hugoni de Creone*  
*côsâguineo suo, atq; benemerito tribuit, priu. scripto Troynæ, quod*  
*vidisse testatur Io. Iacobus Danjlia e; ne verò Roccam Rogerij de Bar-*  
*nauilla gnatam parentum, ac fratris Raynaldi debito iure in Giracè*  
*sem Comitatum, priuaret, eam VVillelmo de Creone Hugonis filio*  
*nuptam tradidit. Hoc sanè matrimonium diploma Agrigentina*  
*Næ Ecclesie Anno sal. 1142. ind. 5. Regni Rogerij an. 13. die mensis Maij*  
*scriptum declarat. f*

*Ego Rocca filia Rogerij de Barnauilla quondã vxor VVillelmi de Creon-*  
*cum filio meo Rogerio coram domino Rege, præsente domino Duce, & utro-*  
*que Principe, restituo Escl. Agrigentina villanos, quos pater meus in aug-*  
*mentum dotis dicta Ecclesie dedit.*

Exijs ergo VVillelmo, & Rocca exort<sup>9</sup> est Rogerius de Creone, què  
 aliquando *Creonensem*, aliquando *Giracij Comitem* appellant aucto-  
 res g. Is enim est ille Rogerius Giracij Comes, qui audita *Mesianensium*  
*rebellionè à Rege VVillel. 1. r. & ipse defecit, oppida sua munit, Cephaladi*  
*tanum Harduinum Episcopum, & Ciues contra Regem, & Cancellariũ*  
*Stephanũ iurare fecit, arce sala in Regis, & Cancellarij fide preseruãte.*  
 Adde verò, nequis nobis communis sit cum rerum Neapolitanarũ  
 scriptoribus error, Giracij in Sicilia, quod est Cephalædi comterma-  
 num, non alterius eiusdem nominis in Calabria oppidi Comitem,  
 extitisse Rogerium; eumq; deinde in Regis, & Regina gratiam re-  
 stitutum, regalis domus familiaritate donatum fuisse. b

Huius sanè Rogerij Creonenfis vnica hæres, & filia **GVERRERA**  
 vti Giracij Comitissa anno 1195. vlt. apr. 13. ind. sui Comitatus  
 limites terminandos ab Henrico VI. Imper. exorauit i. anno verò  
 1196. D. Mariæ de Altoplano cœnobium in Tusensi, atque Sancti  
 Maurenũ propriæ ditionis oppidis condidit, ditauitq; & hoc elargi-  
 tidis diploma Bonus Baro delli Destri legisse perhibet.

**Guerreza** Giracensis Comitissa ex viro **Aluino** nomine (c<sup>9</sup>  
 cognomen excidit) genere Regis Desiderij Longobardo præclarif-  
 simo ob suam strenuitatem m Isclæ Maioris, & Minoris, Pro-  
 cytæ, & Lementini in Calabria Comite, filium Rogerium aui mater-  
 ni nomine genuit. Is materno Giracij, paternoq; iure Isclæ Maior-  
 ris Comes appellat<sup>9</sup> n, sub Rege VVillel. II. Regni curâ gessit, duxitq;  
 vxorem *Elisabetham* ..... , ex ea *Aluinum* aui paterni nomine tu-  
 lit prognatum. Qui ( vt ex eius testamento anno 1232. condito cõ-  
 stat o ) duas superstitites reliquit filias, *Regalem* natu maiorem, quæ  
 in nupta decessit, atq; *Elisabetham* hæredem tam iure parentũ, quã  
 fororis in vtroq; Magno Comitatu Giracensi in Sicilia, & Isclensi  
 Neapoli. Cæterum vt præclarissima hæc Northmannorum Princi-  
 pum Prosapia ex femineo latere in nostris Vigintimilium Comiti-  
 bus augustissime diffusa magis, ac magis clucescat, de ea iurè dice-  
 re opere precium existimauit.

Ex Vigintimilium in Liguria antiquissima, ac nobilissima familia, quæ suo ex Lascaribus Imp. Constantineapolitanis, atq; Saxonie Ducibus letatur genere *a*, fuit *VVillelmus Comes Vigintimilium* Guidonis cognomento *Guerræ filius*. Is anno 1142. *b* a Ianuentibus eiectus, atq; bonis orbatus vnâ cum filijs Henrico, & Nicolao profugus in Sicilia veniẽs, sub Imperatoris nostri *Fiderici II.* protectione, lætoq; sinu recipitur, eiusdemq; *VVillelmi primogeniti Henrico cû Giracij*, & *Isclæ Comitatum* dote *Elisabetham Alduini filiam* matrimonio copulandam Imperator benignissimè curauit *c.* mortuo Imperatore, in eius filij *Regis Manfredi*, à quo an. 1258. 27. Iunij vtriusq; *Petraliæ oppida* impetrauit, obsequium an. 1265. vti Siculi exercitus ductor contra *Carolus Andagauensem* strenuè pugnavit & obiit *d.* superstitibus relictis filijs 1. *Alduino*, 2. *Francisco*.

*Alduino* natu maiori Comitatum hæredi sine prole anno. 1289. in amissione *triremium Regis Iacobi* iuxta *Palinurû* pereuntis *e*

*Franciscus* germanus frater in cunctis bonis tã in *Lombardia*, quare *Comes Vigintimilium*, quàm in *Calabria Comes Isclæ Maioris*, & in *Sicilia Comes Giracij* dicebatur, successit. Hic dominus quoque vtriusque *Petraliæ*, *Engij*, *S. Mauri*, *Castelliboni*, *Tusæ*, *Castelli Sancti Gregorij*, *Portus Tusæ*, *Castellucij*, *Gratterij*, *Caroniæ* (quam *Rex Fidericus II.* an. 1296. 14. Maij 5. ind. concessit *g*) *Spirlingæ*, *Pittin* vti *Castri Pollinæ* (quod an. 1321. 7. sept. per commutationem cum *Iacobo Episc. Cephæled.* possedit *g*) feudorumq; *Albiri*, *Rahalutani*, *Belicis*, atq; *Mosini* fuit; duas duxit vxores, alteram anno 1315. *Constantiam* *Ioannis Claramontani Mothyæ Comitis* sororem, quam ob sterilitatem anno 1322. 6. ind. repudiauit *h*; alteram *Margaritã de Consolo* *Margaritæ de Consolo* de *Osdo* ex errore à *Fazello dictæ i*) vxoris *Fiderici de Antiochia Mistræ Comitis* amitã *k*, ex ea plures habuit filios, in testamento anno 1337. 22. aug. recensitos; sed primogenitum *Emanuelem* in *Giraceni*, secundogenitum *Franciscum II.* in *Collifanensi Comitatu* hæredes constitutos. eodẽ anno pridie *Kal. Ian.* à *Rege Frid. II.* *Franciscus I.* perduellionis reus declaratus, bonisq; priuatus, & iusu regio hostiliter captus iuxta *Giracium* 2. *ian.* 6. ind. multis ictibus pugione confoditur *l.* verum temporis cursu, huius *Comitis Francisci I.* fide, obsequijs, promeritisq; erga nostros Reges clarissimè cognitis *Ludouicus Rex* illius filios in gratiam recepit *m*, & anno 1354. 20. Iunij *Emanueli Giracij*, *Francisco Collifani Comitatu* titulos pro se, suisq; successoribus confirmavit, & denud concessit *n*, nõ multo post nulla relicta prole mortuo *Emanuele*, in vtroq; Comitatu successit

*Franciscus II.* iunior dictus, *Emanuelis* frater natu minor, qui potentior, & ditior effectus, an. 1364. Ciuitates *Thermas*, & *Cephalœdum* à *Rege Frid. III.* impetrauit *o*, anno 1377. 1. sept. ab *Nicolao Abbate oppidum Isnelli* emit. an. 1387. 27. Sept. 8. ind. feudũ dell' *Alberti* cum *Castro Rocellæ* per commutationem ab *Eccl. Cephalæd.* habuit. an. 1388. *Mistrædum* obtinuit, & nostræ *Siculæ Republicæ*, & *Fiderici III.* *Regis* infantis curam gesit *p.* vir pietate insignis in sacris ædibus erigendis, locuplendisq; an. 1366. in agro *Castelliboni* *Benedictino S. Maria de Partu* cœnobio, Prioratu

*S. Maria*

de familia *Vigintimilium*. *Giracij* domina.

*a* *Surita* tom. 2. l. 5. c. 105.

*b* *August.* *Iustia.* in *ansal.* an. 1140. l. 2.

*c.* ex *vigintimilium*. 1.

*Comes* *Giracij*.

*e* ex *diplo-* *matibus* *Fid. & Manfredi* *cõstat.*

2. *Comes* *Tusæ*

*Gir.*

*d* *Nicol.* *Special* in *hist. sicil.* l. 4. c. 9.

*Surita* l. 5. p. p. c. 36.

*Dux* *Guardiæ* f. 119. *e* *extrod.*

*Surita* l. 4. c. 93.

3. *Comes* *Gir.*

*f* *ex lib.* *Cancel.* *regiæ* *vic.* *gnost.* 3.

*de Eccl. Ce.* *pb. ad eum* *an.*

*b* *Fazell.* d. 2. l. 9. f. 522.

*i* *idem* *dec.* 2. l. 8.

*K* *ex m. s.* *chr. in tab.* *Agrig.* c. 107. *Maur.* l. 5. f. 164.

*Surita* l. 7. c. 44.

4. *Comes* *Gir.*

*rac.*



nionis Comitis filia susceptos liberos, Marchionatu se abdicauit, suoque primogenito *Ioanni* contulit, initiatus iam Sacerdotio anno 1553. 15. Octob. in aquarum torrentis transitu iuxta Tauromenium periit.

*Ioannes II.* an. 1527. 13. Kal. lunias cum *Elisabetha* *Ioannis* Montecatani, & *Lagrua* *Aytonæ* Marchionis, ac *Siciliæ* Iustitiarj filia nuptias Panormi celebrauit, quæ illi quatuor genuit filios, 1. *Simonem*. 2. *Ioannem*, qui infans obiit. 3. *Carolam* equitem S. Iacobi, atq; *Nasi* Comitem I. de eo, & quarto infra di cemus filio.

*Simon II.* anno. 1551. Strategus *Messanæ*, vbi *Mariam* ætatis annorum xij. *Ciminæ*, & *Spirlingæ* dominam *Mariani* de *Vigintimilijs* prognatam desponsauit, ex ea natus est

*Ioannes III.* tertium *Messanæ* Straregus, secundum in Regione *Netina*, & *Mazarenfi* Vicarius, bis *Siciliæ* Prorex. an. 1595. 3. Feb. *Castelliboni* Princeps fit, ex priori coniuge *Anna* de *Aragonia* *Caroli* Terrænouæ Ducis, ac *Castelliueterani* Principis filia *Simonem* iam infantem emortuum habuit, ex posteriori *Dorothea* *Brancifortia* *Fabritij* *Butera* Principis, ac *Catherinæ* *Barreliæ* *Militelli* *Marchionis* prognata, nulla ei an. 1617. decedenti superstes fuit proles legitima.

*Ioseph* de *Vigintimilijs* *Ioannis* III. consobrinus ex patre *Carolo* *Nasi* Comite tertio genito *Ioannis* II. vt supra, atq; ex matre *Ioanna* etiam de *Vigintimilijs* *Reloannis* domina successit, sed vix per annum in *Marchionatu* vixit, relictis ex *Ioanna* *Aragonia* *Ducum*, *Bibona* vxore liberis 1. *Francisco* 2. *Carolo* *Elisabethæ* *Bardi* *Sambucæ* *Marchionis* filij viro. 3. *Maria* nunc *Marij* *Grasæi* Principis *Partannæ*, *Ducis*q; *Ciminæ* vxore.

*Franciscus* III. *Giracij* *Marchio* x. *Castelliboni* Princeps iij. hac in luce versatur, multis honorum titulis cohonestatus. In eo suorum præcessorum Principum, ac Regum *Northmannorum*, & genus, & ornamenta propagata clarescunt. satis de *Serlonis* progenie.

De *Gaufrido* *Comitis* *Tancredi* ex *Moriella* filio II.

*GAUFRIDVM* de *Altauilla* paternæ ditionis in *Northmannia* successorem perhibent eius gentis scriptores d. Mihi autem de eo nihil aliud obuiū, nisi quod eius extiterit filius *VVillelmus* illè de *Altauilla* in nostris hinc notitijs creber cum *Comite* *Siciliæ* *Rogero* patruo subscriptus est, atq; *Gaufridi* ex filio nepos. *Vgo* *Ruffus* filius *VVillelmi* de *Altauilla* f.

Huius *Hugonis* filius fuit *Robertus* cognomento *Scaglione* more *Northmanno*, sicut eius pater à rubeo vultus colore *Ruffus*, à corporis fortitudine *Ferrabach* *VVillelmus* patruus, & à proceritate corporis *Bosus* *Rogeri* Comes *Siciliæ* dicti sunt: *Robertum* istum *Scaglione*, qui olim *Ecclesiæ* *Cassinen* 26. villanos in *Casano* cū agris tribuerat, an. 1144. in confirmatione donorum, bona memoria *con sanguineum* Rex *Rogeri* appellat. eundem *Robertum* sub eodè Rege *negni* *Neapolitani* *Contestabulum* (quod quidem præcipuū munus viris regio sanguine coniunctis conferri solebat) atq; *Comitum* *Auersæ*, *dominorum*q; *Martoranæ*, *Pictarellæ*, &c. fundatorem

in lib. ca  
nc. an.  
1474: fol.  
93.  
x surta l.  
18. c. 26.  
Margarita  
huius una  
xoror *Elisa-*  
*betha* nu  
psit *Ferdi-*  
*nando* *Reg*  
*Neap.* ac  
*ra* *sancia*  
*Comitiss*  
*Copertini*  
*Francisco*  
*Vrbini* *Lu-*  
*ci*  
*y* *Canc* *lan*  
*1492* *fol.*  
*300.*  
*ibid.* *lan.*  
*1502.* *fol.*  
*607.*  
*a* *Fazel.* *fol.*  
*600*  
*b* *exod.* *fol*  
*609.*  
*c* *Mauro* *l*  
*6. fol.* *214.*  
*d* *Ordor.* *l.*  
*7. fol.* *648.*  
*e* *innot.*  
*Pan* *an.*  
*1091.* *1092*  
*1094.* *e* *in*  
*Not.* *Catan.*  
*l. 3. fol.* *11. 16*  
*e* *382.*  
*f* *in* *lib* *3. f.*  
*387* *ad* *21.*  
*1112.*  
*de* *North-*  
*man* *an-*  
*na* *fami-*  
*lia* *Scag-*  
*lionæ.*  
*g* *in* *tab* *me*  
*nost.* *Cass.*  
*36ite* *Duce*  
*Guardæ*  
*o* *1242.*

h. vide Offa-  
mum Bel-  
ranum in  
Descript.  
Regni Nea-  
pol. fol. 89.  
i. ex eodem  
fol. 31.  
k. ex Duce  
Guardia l.  
c.  
l. nos infra  
adam. 1129  
m. ex Duce  
Guardia l.  
n. ex eod. f.  
38. o. ex e-  
dem f. 242.

tozem, iussit crederim. Ex eo duo nati sunt filij, 1. *Gaufridus*, qui retēto proavi nomine *Gaufridus Altauilla* dicebatur, interfuitq; cū cæteris ex genere regio an. 1129. Panor. Coronationi R. Rogerij aliquādo *Gaufridus Scaglionus* an. 1141. in donatione prædiorū tēpli S. Ioannis de Flore m. & an. 1187. in oblatione quatuor equestrium militū, & eius filius *Raullus* duorū pro sacro bello. Secundus Roberti filius *Henricus Scaglionus* apud Regem etiam Rogerium generalis exercitus Dux n. vunc Neapoli floret maxime *Pyrrhus Scaglionus*.

De *Tancredo, Malgerio, Albertedo, Frumentino,*  
& *Gotbifredo* quinque filijs Comitis *Tancredi*

Quæ oblata sunt mihi ab eruditiss. Antonio Pizuto infra proferam.

De *VVillemo Tancredi ex Frisenda* filio l.

*VVILLELMVS* ab insigni corporis fortitudine, cognomento *Ferrabach*, cui fratrum consensus Calabriæ Comitatum primò detulerat, breui an. 1046. ex humanis ereptus, in S. Trinitatis Venusæ honoricè conditus est. Lego etiam in huius Ecclesiæ Tabulis: An. 1098 *Ego Comes Robertus de Principatu pro Dei amore, & iustitia & pro anima Ducis Roberti, & VVillemi patris mei, & aliorum patrum meorum, quorum in Ecclesia Venusina requiescunt, cum Domino Petro Abbate S. Trinitatis eiusdem Ecclesiæ Venusina, postposita omni querela, coram Comite Rogerio Calabria, & Sicilia, ac eius interueniente consensu, concordiam firmam, & continuam pacem feci in eis rebus, & quidquid possidebam in Asculana Ciuitate: presentibus ipso Comite Rogerio, Tancredo fratre meo, VVillemo de Alsuilla, Roberto Barrello, Gotberto de Luciaco, Petro de Moriton, VValterio de Aloya, Roberto Bonno, Iordano Senescalco, Nigillo de Abello, &c.*

Porrò hoc diploma in obscura, & inuoluta Principum Northmānorum Chronologia faciem uobis, cunctisq; præfert.

Primò. *VVilhelmum Ferrabach* primū Calabræ Comitem tres reliquisse superstites liberos, 1. *Comitem Robertum*. 2. *Tancredam*. 3. *Richardum*, de quo mox erit sermo, clarè cōstat.

*Ego Comes Robertus de Principatu*, habetur, ex eo. natus est *VVillemo*. II. nomine aui paterni, hæres in Comitatu Principatū, atq; in dominatu S. Euphemie in Calabria, qui ex sorore Comitis Sicil. Rog. vxore, relicto filio in suo Comitatu successore etiā nomine *VVillemi* an. 1090. obiit, & cū suis in S. Trinitatis Venusæ cōditus est. Hūc *VVillemū* iij. *Principatus Comitis, aliosq; nobiles à Panormitano Regij Palatii cerere fuisse ad hos, ut VVillem. i. Regi obfisterent*, perhibēt scriptores p., & per hos *Principatus Comites antiquos, & perillustres Balbanus Neapolit. à Northmannis suam repetere genus* assertit eruditissimus *Guardie Dux* q. Ex eodem comite Principatus nata est *Eremburga*, ut infra, Comitis Rogerij vxor.

*Tancredus* alter *VVillemi Ferrabach* fuit filius, & frater *Comitis Roberti*. ipse. n. *Syracusanam Ecclesiā ditissimè dotando* an. 1104. ind. xj. inquit. *Ego Tancredus Comitis VVillemi filius; nepos VViscardi Roberti, & Comitis Rogerij, Syracusa Comes, &c.* Hæc ex Comite *Tancredo*, atq; coniuge *Moriella Northmannæ* etiam genere exorti sunt tres filij, 1. *Robertus* genitori præmortuus, & in S. Lucie de *Monataneis*, vunc de *Neto, Coxnobio*, ab ipso *Tancredo*

anno

Ann.  
Chr.  
1406.  
1. Co-  
mes  
Calab-  
ria  
VVill.

Ann  
Dom.  
1046

p. Fazell.  
Cap. 11.  
f. 95. 97.

q. de famil.  
Dragone. f.  
145.

r. in ea not.  
l. 3. f. 154  
& 156.



anno 1103. exædificato sepultus est. alij verò duo filij *Riccharaus*, & *VVillemus* in eodem foundationis priuilegio subscribuntur. *Ricbardum* Comitis *VVillelmi* Ferrabach tertio genitum, ac eius filiorum comitum *Roberti*, & *Tancredi* fratrem natu minimum eodem in diplomate signatum an. 1104. leges. a

Nec pretereundum cenſeo, *Syracusas* sub ditione *Tancredi* cum titulo Comitatus fuisse; quòd eius pater *VVillemus* in societate *Maniacis Ducis Imperialis*, ac *Pandulphi Principis Capuæ*, & *Guimarij Principis Salernitani Messanam*, & *Syracusas*, occiso ab *VVillel. Archadio Saraceno*, illius Vrbs perfectò, expugnauerit; & sibi *Syracuse* in partem contingerint. b

Ad priuilegium Ecclesiæ *Venusinæ* iam allatum redeo. In quo hæc habentur. *Praesentibus VVillemo Altauilla*: de eo supra egimus. *Es Roberto Borrello*, quem vti virum præclarum generis *Northmāni* cum Comite *Siciliæ* subscriptū sæpè vidim⁹ c. Huius *Roberti* genitorem existimo *Goffridum Borrellum* Vallis *Milatij* *Siciliæ* dominum; vbi idem *Roberto* primo *Episc. Messanenſi* an. mundi 6593. quosdam terrarum tractus concessit, & an. sal. 1094. alios Ecclesiæ *S. Lucie Milatij* d, alios *S. Mariæ de Balnearia*; anno verò 1103. quosdam villanos cum terris *Cænobio S. Lucie de Montaneis*, nūc de *Neto* e. *Rogerus Borrellus* ære suo celebre templum iuxta *Stylum Calabriæ* excitauit, ditauitq; *VVillemus Borrellus* ibidem *Monasterio S. Stephani de Bosco* latifunda est elargitus in oppido *Politio* iuxta *Petralias Siculas*, cuius erat dominus. *Bonusallus Borrellus* vnus ex *Messanenſibus* *Strategis* anno 1205. *Lucæ Archimandrite Messanenſi* quāda tribuit prædiaz. D: *Mario Borrello regio Comestabulo*, & alijs in *Regno Neapolitano* huius nobilissimæ familie scripsit *Dux Guardiaz*, & luculenter scribit *P. Carolus Borrellus Neapol. Olericus Minoritanus* omni virtutum genere, scientiarumq; eruditionum, maximè antiquorum monumentorum peritia celeberrimus. hæc *Borrella* præclara familia non multò ante nostra tēpora florebat etiam in *Sicilia*. *Nicolaus Borrellus* anno 1399. *S. Nicolai de Kalsa* *Parochus Panorm.* ac *S. Rosaliæ. Beneficiarius*, ad *athedram Agrigentinam* à *Bonif. IX.* *Pon. euectus* est, obiit tandem *Rotæ Rom.* *Auditor* b. *F. Petrus Borrellus Abbas Benedictinus S. Mariæ de Scalis Paternionis* obiit an. 1435. *V. I. D. Iacobus Borrellus Panormitanus* *Eccl. Canonicus* ab an. 1484. 16. *Kal. deceb. in cænobio* *Benedic. S. Martini de Scalis Panor.* iacet.

De *Drogone Tancredi* ex 1. uxore filio v111.

**DROGO** in *Calabriæ Comitatu* an. 1046. de morte *Northmāni*, *VVillelmo Ferrabach* fratri natu maiori successit. Vir sanè militari peritia, ac *Christiana pietate* commendatus, tum *Græcis* exactis, tū *Melo copiarum Imperatoris ductore* victo, *Prouinciam vniuersam bene tutatus* est. in ea *fratres Vmfredum* in parte *Apuliæ* ad continendos in fide *Apulos*, & *Robertum* contra *Cosentinos* præfecit. dum ditionis suæ finibus contra *Longobardos*, *Græcos*, & *Saracenos* protrahend s studet, à *Vifone* genere *Apulo* eius compatre in *D. Laurentij Deo* preces fundens 4. id. aug. an. 1051. prodicione occisus est, nulla relicta prole.

a no 13 f 156.

b ex aucto-ribus illis xui. & Fa- zeli f 418.

c an. 1091 in Eccl. Ca. f 11. an. 1094. in eccl. par. 386. 387. an 1112. in eccl. pan f. 106.

d. norl. 3. f. 30. 87. & 388.

e ex tab. eccl. s. Petri de Baln. Pan.

f ex tab. archim.

g vide in indice ver bo Borrel. h ex libr. Prouen.

Neapol an 1399 regis Bonif. IX. an. 1398. de elect. prælas. f. 89.

1046.  
11. Co  
mes  
Calab  
Dro-  
go.

B

De-

*De Vmsfredo Tancredi ex 11. uxore filio 111.*

V M F R E D V S quamuis Roberto VViscardo natu minor, Drogoni tamen in Comitatu successit an. 1052 sub PP. Leone XI; cui mox pro Romana Ecclesia fidelitatis prestitit iuramentum a. Pontifex verò quidquid in Apulia, quã totam sibi primus subiecerat, in Calabria, Siciliaq; ipse, eiusq; fratres fuissent adepti, vel deinceps adipisceretur, in seadum concessit. Vmsfredus inde Drogonis fratris necem vlturus, fontes vltimo supplicio multat, post rebus bene gestis, multis clarus victorijs, an. 1056 Venusie moritur, ibiq; cum suis sepelitur.

*De Gothofredo Tancredi ex 1. Vxore filio v.*

G O T H O F R E D V S frater in principatu sub PP. Nicolao successus est, sitq; comes iv. Is Beneuentum Urbem Romano Põtifici subiectam insana ampliandi Imperij cupidine motus, inuadere ac sibi subijcere constituit, & occupauit. Cum interim Pontifex ipse ab Apulis contra Gothofredum ad deturbandos Northmannos accitus, in Apuliam venisset, apud Ciuitam Apulie oppidum cõmisso cum hostibus prælio superatur, captusq; cum pluribus Cardinalibus in victorum potestatem transit. Illi verò, vt Principes Christianos decuit, maxima erga Summum Rom. Pont. vti reuerentia, eum, comitesq; eius omnes ad urbem vsq; Romam, vnde venerat, à clero Beneu. ducẽdos curauerunt. quo beneficio deuinctus Pontifex sua auctoritate Northmannis, quæcũq; in Italia tunc temporis obtinebant, liberè possidere permittit, ac confirmauit. Post hæc Gothofredus moriens *Abeglaro* filio Principatum, Roberto verò fratri ob teneram Principis ætatem, ætate procuracionem mandat b. Verùm Robertus iniquo serens animo, cum Vmsfredum fratrem ætate minorem olim fuisse sibi in Regno prælatum, tum fuisse contra ipsorum fratrum pactiones, quod semper sub fratre ætate maiori esset imperiũ, & vnus alteri succederet, nepotem à ditone euertit, atq; armis Apuliam, Calabrianq; occupat. Hinc ( vt notat Fazellus d ) *Abeglarus, & Hermanus ex fratre nepotes, qui ob Apuliam à patre VViscardo sibi ereptam, in auxilium Gifulphi aduenerant, Salerno ingrediuntur, ac strenuè primũ fortiterq; urbem aduersus Robertum tuentur. Sed Robertus nequitiam Salerno discedens diuinius premebat; demum septimo obsidionis mense in deditionem Salerno accept, urbem munivit, & Ecclesiam S. Matthei adificauit. Tandem Abeglarus, & Hermanus eius frater Constantiopolim ad Imperatorem, Roberto relicta tota Apulia, & Calabria, contendunt, ubi paulò post dies suos clausurunt.*

*De Roberto VViscardo Tancredi filio 11. ex 11. uxore.*

R O B E R T V S ergo, quod astutissimus, & audax fuerit, Northmannorum lingua *VViscardi* cognomentum obtinuit. Apulia, & Calabria acquisita, anno 1059. à Rom. Pon. Nicolao 11. nobiliori quidẽ Ducis titulo auctus e, vñd cum Rogerio haud imparis virtutis fratre ad inuadendam Siciliam festinat f, & Rogerius non Christianiorum aliquot Siciliensium suasu, quod nonnulli prædicant, sed hortante Bettumine Saraceno Sicilie Amirato ab suis transiuga Messanam transmittit Rhegio, ac trecentis tandem militibus oppugnantibus, suo illum, licet obstitentem eodem anno 1059. subiecit

a ex Ordor  
l. 1. f. 483.  
& l. 7. c. 30

b ex Or-  
dor. l. 6.

c Guill-  
Apulien. l.  
8 & 10 An-  
ten. Sum-  
mon. lib. 1.  
d dec. 17  
c. l. f. 431.

c ex Ba-  
ron. l. 11.  
Stephano  
Garumbi-  
l. 32 c. 8.  
f ex Odor  
l. 7. 285 &  
485.

1052  
111.  
Comes  
Calab  
Vms-  
fredus

1056.  
IV.  
comes  
Calab  
Gotho-  
fr.

1059  
v.  
Comes  
& l.  
Dux  
Calab.  
Robe-  
tus.

Ann  
Cברי.  
1064  
1071

cit imperio. Excursum inde est ad interiora Regni, ac prædatum. Post plura hostiū millia cæsa, fugataq; sc̄p̄, Robertus, & Rogerius an. 1064. Panormum totius Regni caput iunctis copijs tres menses obli-  
dione premunt. anno demum 1071. iidem simul fratres maiori, quam antea militum, machinarumq; apparatus secunda fortuna a-  
ura adspirante Panormum redeunt oppugnatum b. Hic enim uerò  
victoriæ cardo se pellendos è tota Sicilia, atq; ea, quæ tantus hæc-  
nus labor peperisset, breui sibi extorquenda faciliè intelligebant  
Northmanni, si suæ ditionis arcem Saraceni retinerent. obfirmato  
eadè ex causa ad pericula animo, quinque mēsiū obsidionē sustinēt  
barbari, e donec tandè effracto carcere, prorumpentibus, strenuèq;  
rem gerentibus Christianis intra urbem, factq; simul ab North-  
mannis imperu, duplici manium loco in interiorē recepti vrbis  
partem; Saraceni an. 1072. Kal. Iulij extimam hostibus reliquere. d

Iam tum ergo christiano restituta nomini dicitur Sicilia, quam-  
quam aliquot ab vrbibus Saracenicū adhuc imperium, veluti non  
succis fibris, pondū auulsum. Robertus suis in partibus Panormum  
voluit, quā totius sui imperij caput, & Regiam delegit, e reliquant  
verò omnem Siciliam Rogerio fratri in bellicis rebus sudorum  
habita ratione *Comitis titulo* habendā concedit. f Hinc apud Baro-  
nium; Rogerius dicitur *homogius*, & *Vassallus Ducis*  
Roberti. Sed Siciliæ Duce[m] se Robertus, & Romani Pontifices ap-  
pellabant. Vnde in hæc verba Pontifex Romanus loquitur.

Ego Gregorius b PP. inuestio te Roberte Dux de terra, quam tibi con-  
cesserunt antecessores mei sancta mem. Nicolaus II. & Alexander II. de  
illa autem terra quam iniuste tenes, sc̄icet est Salernus, & Amalphia, &  
pars Marchia firmana nunc te patienter sustineo &c. & cum eadem  
Pontifici tributum pendere an. 1080 promisit, ait: Ego Robertus i Dei  
gratia, & S. Petri, Apulie, Calabria, & Sicilia Dux ad confirmationem fide-  
litas de omni terra, quam ego teneo sub dominio meo, quam nulli Ultra-  
montanorum ita concessi, ut teneat, promitto me annualiter pro uno quoq;  
iugo bouum pensionem duodecim sc̄ilicet denarios Papiensis moneta persolu-  
turum B. Petro, & tibi domino meo Gregorio Papa, & omnibus successo-  
ribus suis, aut successorum tuorum nuntijs, &c. Actum Ciprasi 3. Kal. Iulij.

Cætera Roberti gesta siue contra Apost. iura, siue ad illorum pro-  
pugnationem ad nos enarrare non pertinet; maximam tamen eius  
religionem, ac pietatem indicant regia dona, quæ templis, religio-  
sisq; hominibus collata memorat Leo Ostientis. R Bartholomæus  
quoq; Lucis hæc de Roberto scripsit: *Ante dicitur fuisse zelus in fide*  
*Christi, tanta reuerentia ad Romanam Eccl. tantæq; pietatis ad pauperes,*  
*& ad pia loca, ut post mortem suam etiam miraculis corruscauerit.* fides  
penes auctorem sit.

Robertus tandem *Vviscardus* primus Calabriae, & Siciliæ Dux, & ab  
anno 1076. eiecto Gisulfo II. genere Lotardo, Salerni Princeps sibi  
septem in Regno Neapolitano provincias, & plures in Græciâ sibi  
city, quare à Græcis Imperator Costantin. renunciatus, adiecit illuc in  
Insula Epyri Cassiope in loco *Venetis uicini* 16. Kal. augusti anno 1085.  
& æt. annorum 64. veneno à Sichelgaita vxore ( si Ordorico illius  
aui Northmanno auctori credimus ) peremptus est, sibi nimirum

a idem sa-  
zcu G usri  
das Mals-  
terra l. 2.  
Simon de  
Leonius  
m s. c. 7. f.  
6. 57. 7.

Sicilia  
acquiri-  
tur an.

1059.  
b nos l. 1.  
de not. pa-  
nor. a lan.  
1071. f. 87  
lunus.

c ex Fazcl.  
f. 434.

d Apud  
scriptores  
Northm.

Panor.

sub. Ro-  
berto

Duce.

e Gausfr.  
Malat. 12.

g. 46. Fazcl  
dec. 21. 74  
c. 1.

f Ordoric.  
l. 7. f. 285.

g Ad an  
1085. num-  
28.

h in tom. 3  
decret. l. 8.

i epist Greg.  
7. ubi fol.  
825. Leo

Ostien. l. 3.  
c. 10. hist

k ass Roma  
Arch. Sal

ad anfr. 11.  
1060. 62.  
80.

l Ibid. fol.  
824. & a-  
pud Baroni.

an. 1085.  
nu. 36.

m Lsb. 3. c.  
56.

n 110m. 3 fo  
373.

o l. 7. fol.  
64.

comes  
Sici-  
liæ Ro-  
gerius

1080

1085

Ducis Ro-  
ber. obi-  
tus, & se-  
pulchru  
a Ibidem  
f. 677. 692.  
c 717.  
b idem l. 5  
f. 384.

cauere illa voluit, quòd Buamundo priuigno, vt Rogerius filius in-  
Apulia Ducatū succederet, letiferam potionem ( sed frustra ) pro-  
pinauerat. 4. Roberti corpus facta ab Imperatore facultate, in Apu-  
liam detulere primores Northmanni, & in cœnobio S. Trinitatis  
Venusiæ ab ipso condito sepelierunt b. Sepulchro sunt inscripti ver-  
sus, quos ad tanti viri laudem, cui splendorem suum Siciliam refer-  
re par est, excubere hic non piget.

*Hic terror mundi Guiscardus, hic expulit urbe  
Quem Ligures, Regem, Roma Alemannus habet  
Paribus, Arabs, Macedumq; Phalanx non tenuit, Alexim,  
At fugat, sed Venetum nec fugat, nec pelagus.*

**De Roberti VViscardi vxoribus, & filijs.**

Robertus VViscardus iste priore ex vxore Aberarda genere North-  
manna Marcum Buamundum filium sortitus est, sed illa aut propter  
sanguinitatem repudiata c, aut an. 1059. potius emortua d, secun-  
dis nuptijs Sichelgaita e Guaimarij Salernit. Princ. primogenitæ, &  
Gisulphi II. huius nominis Salernitani Principis forori iugitur, ex qua  
tres filios, & quinque suscepit filias; harū mox erit mentio.

MARCVS Buamundus ergo primogenitus ex Aberarda, abdi-  
cata ditione, quam in Apulia iure paterno habebat, an. 1096. sui pa-  
trui Rogerij Siciliae Comitis consilio, cruce se ipsum, pluresq; nobi-  
les milices Ultramontanos, ac Italos signauit f; eidemq; ex nostrati-  
bus quàm plures Gomites, ac viri præclari iuncti sunt, quos Ordori-  
cus recenset, atque vnâ omnes cum Gothofrido Lotharingæ  
Duce, eiusq; fratribus Hierosolymorum Rege, ac Eustachio Boni-  
nienti Comite ex Apulia ad Terram Sanctam soluerunt, demum  
cùm anno 1098. nonis Iunij feria 6. Pyrrhi viri præcipui Antioche-  
ni opera vti, Saracenos vicissent; Buamundus Antiochenus Princeps  
renuntiatus est g. Is postea in Galliam profectus Constantiam Phi-  
lippi Francorū Regis filiam duxit vxorem, & cùm Buamundum II.  
qui secundus item Antiochiæ Princeps extitit, genuisset, ibi breui tē-  
poris interuallo tot auctus triumphis an sal. 1111. mortem obiuit;  
relicta post se ex secunda vxore, Balduini II. Regis Hierosolimæ filia,  
Constantia, quæ nupsit Raymundo Pictaorū Comiti, Aquitanicæq;  
Duci, ac Antiochiæ Principi. eo anno 1147. b à Turcis occiso, in An-  
tiochenum successit Principatum filius Buamundus III. qui in car-  
cerem coniectus ab Rege Aegypti, periit, & extincta est linea Ro-  
gerij Ducis Calabriae, & Apuliae.

ROGERIVS cognomento Bursa fuit alter Roberti VViscardi  
filius ex secundis nuptijs, eum Baronijs Robertum appellauit,  
deceptus ( vt opinor ) Jex littera R. quæ sola de more in rescriptis  
apposita fuit, quam ille Roberti nomen indicare credidit; sed Ro-  
gerium significat, cui hæreditario patris iure Panormus obtigit. Is Ro-  
gerio patris Siciliae Comiti Panormitanæ Urbis dimidium dedit his  
verbis R: Comiti pro recompensatione seruitij sibi exhibitij Rogerius Dux  
medietatem Panormitanæ Urbis assignat. Et ex M. S. Fratris Simonis  
de Leontino. Ob sumptus, ac exhaustos labores in debellanda Cosentia,  
atq; ad Rogerij nepotis ditionem reuocanda, Rogerius Comes Panormita-

Anno.  
Chr.  
1085

1096

101

II.  
Dux  
Calab.  
br. &  
Siciliæ  
ac Pri-  
nceps  
Saler.  
Roger

c Ex Or-  
dor. f. 723.  
735.  
d Ex Fa-  
zell f. 4. 20  
e Gilara's  
Gisulphi  
lian, &  
Guaimari  
nepis salo-  
ai Manrol  
l. 3. f. 99.  
De Mar.  
Buam.  
I. filio  
Roberti  
f Ordor. l.  
9. f. 724.  
g. idem l. c.  
7 nos lati  
l. 3. f. 540.  
h idem fol.  
291. 914.  
999.  
de II. fi-  
lio du-  
cis Ro-  
ber. Ro-  
gerio.  
i m diplo-  
mate Ana-  
cleii II. an  
1130.

k ex Gan-  
fredol. 4. c.  
17. Fazzel.  
dec. l. 7. 2. c.  
s.

na

Anno  
1096

na Urbis partem aliam præmij, ac mercedis loco retulit. Dux iste Pontificibus Romanis Urbano II. in Concilio Melfensi, Pascali II. in Ponte Ciprano, Gelasio, & Callixto fidelitatis præstitit iuramentum pro Apulia, & alijs a. Rogerius Dux, & Salerni Princeps II ex vxore *Halam* (quam Adalam appellat Fazellus <sup>b</sup>) Roberti Frigonis Comitis Flandriæ filia, Philippi; Francorum Regis nepte *VVilhelmum*, & *Tancredum* Habuit filios. *Tancredus* quidem natu minor cū Buamūdo patruo an. 1098. Antiochiam acquisiuit, ætatis annorū 18. cōtracto cū *Cacilia* Matrimonio, Turcarū insidijs apud Rodanum Alapię occiditur a. *VVilhelmus* verò patri Rogerio an. 1111. (PP. Callixto confirmant e) in Calabria ducatū successit. ex *Gaitelgrima* e Comitissæ Airólæ Roberti filia; neq; cūm ad secundas nuptias cum filia Imperatoris Constantinop. conualuit, vxore ullā suscepit prolem, Salerni an. 1127. Kal. aug. multa suæ pietatis relinquens exempla, & viuis excessit. f

*Robertus* secundus ex secunda vxore *VViscardi* filius cum matre *Sichelgaita* in priuilegio Panormitanæ ecclesiæ anno. 1089. g. subscriptus est. is florētī ætate anno 1110. 15. Kal. Maij è viuis sublatus est. b

*Guidonem* tertium *VViscardi* ex eadem cōiuge filium in eodem, quod modò laudauī, priuilegio subscriptum inuenies. Hunc anno 1098. vnā cum fratre paterno Buamundo aduersus Alexium Imper. pugnasle tradit *Ordoricus*. i

De Roberti *VViscardi* filiabus.

Quinque eiusdem *VViscardi* Ducis filia; ob nuptias ad regale solium euolarunt.

- 1 *N. Michaeli* Imperatori Constantinop. nupsit.
- 2 *Almaida* Raymundo VIII. Barcinonis Comiti, ex his *Raimundus IX. Comes*; ex quo *Raymundus X. Comes*; qui vxorem duxit *Petronillam* Ramiri Regis Aragoniæ filiam. ex quibus *Alphonfus XI. Comes*; & VI. *Aragonia Rex*, cui nupsit *Sancia* Alphonfi Castellæ Regis filia, & peperit *Petrum Aragonium XII. Comitem*, & VII. *Aragonia Regem*. Is ex *Maria* Imperatoris C.P. nepte genuit *Iacobum XIII. Comitem*, & VIII. *Arag. Regem*, qui ex *Teresia* Ioannis Bidauriæ filia habuit *Petrum XIV. Comitem*, & IX. *Arag. Regem*. Iste duxit nostri Regis *Manfredi* filiam *Constantiam*: deuolutum ergo fuit Siculū Regnum ad *Petrum* tum vxoris, tum suorum maiorum iure, cūm genuit a filia Roberti *VViscardi* *Almaida* duceret. Cuius pietate insigni *famine*, ita scribit *Ioannes Mariana*, sumptibus gemina canobia constituta sunt: alterum *S. Maria de Valle in agro Cabrera*, *Danielis* nomine; alterum prope *Gerundam*, in quo viro defuncto, vita principalis illecebris abdicatis, virilis concubitus expers, vitam sanctissimè exegit, utrumq; *D. Benedicti* regula, & instituti reparauit.

3 *Mabilia* cognomento *Curtatupa* nupsit *VVilhelmo* de *Grentem* smilo nobilissimo Northmanno cum dote XV. castrorum in Apulia, quorum hæredes reliquit filios *VVilhelmum*, & *Robertum* m.

4 *Heria* ab *Hugone* Cenomansensi Comite Northmanno, viro ignarò repudiata n, nupsit *Raynaldo* ex Comitibus *Marforum*, qui ex sua familia *Rogero* Regi vxorem dedere.

5.N.

a ex F. Tolongo de lu  
ce.  
vxor, &  
filij du-  
cis Ro-  
gerij .  
b fol. 438.  
c nos lib  
3 fol. 540.  
d apud Ca  
raciol. f  
113. & 181  
e ulte  
Lello hist  
Monter. p.  
2. f. 14.  
f Ordor l.  
12. f. 884.  
g nosl. 1.  
fol. 104.  
h apud Ca  
racio. f. 12  
i lib. 9. fo.  
734 & 741

R Ex Luca  
Marino  
sculo in  
hist. Catal.  
& script.  
Catalan.  
apud Ma  
riana 19.  
c. 14.

l l. c. cap.  
13. anno.  
1077.  
mex Ordor  
l. 8. f. 677.  
692. & 717  
n ex cod. l.  
8. f. 684.  
o Gabriel  
Castella in  
chronol. co  
militum  
æ arserū,  
& franci  
seni 2222  
de ead. ja  
mil.

III.  
Dux  
Calab  
& Si  
cil. ac  
Prin-  
ceps  
Salern.  
VVil  
helm.

S. N. nuptis Roberto de Bassauilla Northmanno, qui à Comitatu de Conuersano nuncupatus est, fuitque Brundulij, dominus, ex ijs filij extitere Sybilla Roberti II. Northmannorum Ducis VIII. atq; Anglorum Regis vxor, quæ apud Neustriam anno. 1102. veneno perijt a. item, & Robertus Comes, Loritelli de Cõuersano, cuius filio Roberto de Bassauilla cognomẽto *Zamparrone* Conuersani Comiti *Luditha* Regis Rogerij, soror nuptui tradita est b. hac de regia familia, nostrates scripiere c, & nos cum de Luditha hac mox dicemus.

De Rogerio Basso Tancredi ultimo filio ex secunda vxore.

ROGERIVS Bassus nuncupatus est, quòd corporis proceritate, ac militari ferocia præstaret, tandem mortuo fratre Duce Roberto, Sicilia, & Calabria Comes fuit. Quanta istius in bello virtus, & in pace pietas, præsertim in erigendis, dotandisq; Episcopatibus, ac Abbatijs fuerit, luculenter edocent scriptores Northmanni, Gaufridus Malaterra, Nostrateq; ego verò quæ ad rem faciunt, in Præfulum breuiaria commodè reijcio. Hic solùm recensere satis erit, quas duxit vxores, & habuit filios.

De vxoribus, & filijs Comitis Rogerij 1.

Primam Luditham duxit V. Villemi Ebroici filiam; a Roberti Abbatis primam. S. Ebrulsi in Northmannia, inde S. Euphemie in Calabria, mox Sancti Michaelis Archangeli Troynæ, ac demum Troynæ, & Missang in Sicilia, Episcopi vterinam sororem. De hac Luditha, eiusq; sorore Enema, quæ cuidam Comiti Apulie nupsit, ita scribit Ordoricus: *Ha duæ germana sorores ab isto sacro velamine in Apuliam ad fratrem suum Robertum Abbatem e Northmannia venerant, & amba steriles perierunt, & in breui puncto temporali felicitate sancte, celestem sponsum, cui per septa in monasterio S. Ebrulsi dedicata fuerant, offerunt.* Sororem Abbatis huius Roberti duxisse vxorẽ Comitem Rogerium Nostrate fratrem suum, sed illius nomen tacuere.

Eremburgam Roberti de Grentemesnilo Northmanni in Calabria S. Euphemie Comitis, & Principatus domini sororem secundam duxit vxorem. Rogerius, & celebratis apud Miletum nuptijs in Siciliam redijt; ex illa tres filios. 1. Gaufridum. 2. Iordanum. 3. Magerium suscepit.

De Gaufrido I. Comitis Rogerij filio.

Gaufridus de Ragusa nomenclaturam hanc retulit à Comitatu Ragusia, quod genitor Rogerius eum exornauerat, vti ipsemet in priuili. catanensis b: *Ego Gaufridus de Ragusa filius magni Comitis Rogerij domini S. Agathe, &c.* Is ex Regalia vxore tæmina nobilissima sortitus est. 1. Bartholomæum. 2. Siluestrum. 3. Gothofredum. Robertum. Sed Bartholomæo maiori, & Gothofredo Roberto natu minimo sine prole decedentibus,

Siluester secundogenitus hæres successit, ait enim in alio priuili. an. 1140. 9. martij ind. 13. *Me equidem Syluestro dei gratia Mariti Comite, de more in mea curia residente Ragulana &c.* infra ibidem: *bona insuper mei Excellentissimi patris domini Gaufridi Ragusie.* quod referens de Grossis Catà, & Mariti C. falsò vocat. Fazellus l. Comes Siluester Rogerij 1. Sicilia Comitis ex filio Gaufrido nepos, & si Apulorum probat consilium, &c. Et Capycius Latio in Maione maiori odio prosequetur

a Ordor. l. 10 f. 780.  
b in nost. app. f. 478.  
c Capyc. l. 1. l. 1.  
f. 16 & 17.  
Fazell. f. 449.

d Ordor. l. 3. f. 465.

e ibidem f. 484.

f Fazell. f. 428.  
g ex eod. f. 428. sed Maurol. l. 7. f. 98. Guillemi Comitis Meritonensis filiam.

h in nost. Pa. ad an. 1095 905

i nos l. 3. fo 18.  
K in sua no 1113 Eccl. cat. f. 79.  
l acc 2 l. 7 f. 451.  
m in hist. neapol. l. 2. f. 4.

Ann.  
Cbr.  
1096

<sup>1</sup> *ur Comes Silueſter de Marſco filius Gaufridi Comitis Cauperſani ex genere regio conſobrini Regis V Villelmi 1.*

Ex comite hoc Silueſtro tres nati ſunt filij. de primogenito habes ſic a. V Villelm<sup>o</sup> Dei gratia Comes Marſican<sup>o</sup>, & Dominus Ragufa, & domina Stephana Comitiſſa eius uxor anno 1192. Hi in oppido ſuo fundarunt Monaſterium S. Spiritus Baſſemæ. Alyoſius etiã Lellus b teſtatur ſe quoddam diploma venditionis domorum Panormi iuxta templum S. Cataldi olim Georgij de Antiochia Siciliae M. Amirati, tunc piſius Comitis V Villelmi, viſiſſe ſcriptum meſe julio an. 1175. in cuius ſigillo inſculpſus erat vir armis bene teſtus, equo inſidens, præ manibus vexillum attollens. vna ex parte inſcriptum erat Sigillum V Villelmi, ex alia: Comitis Marſci.

<sup>2</sup> *Matbildis Comitis Silueſtri filia in S. Cataldi facello Marſci. iacet.*

*Egregij Comitis Silueſtri nata Matbildis*

*Nata die martis, martis adempta dies*

*Viuens ter ternos habuit meſes, obijtq;*

*Dans animam caelis, corpus inane ſolo.*

*Hæc annis Domini centum undecies ſimul vno*

*Et decies ſenis hac requieſcit humo.*

<sup>3</sup> *Gaufridus tertidgenitus Silueſtri Conuerſani, & Montis-Caueoſi Comes, Netiq;, Sclafani, & Calatanixetæ dominus fuit. Tres huic Gaufrido filios fuiſſe lego c. de primo ſc: Silueſter de Bern. Comes Ragufa Comitis Villelmi ex ſatre nepos, qui patruo V Villelmo in comitatû Ragufa ſuceſſit. de ſecundo ait Silueſter Comes auus a ve nit ad me Dominus Reynaldus monachus Ecclieſiæ Catanenſis meus Reſerendiſſimus nepos. Tertia Gaufridi huius filia fuit Deſiderata, quæ nupſit Bartholomæo de Lucy genere Northmanno, cum dote comitatus Paternionis, Adernionisq;, dominatus Buteræ, & Trimotheij iuxta Meſſanam. Hunc Bartholomæum de Luna ineruditè more ſuo appellat iſte de Groſſis e. De Lucca Capyci<sup>o</sup> Latroſ. Bartholomæus iure uxoris Comes Paternionis, & coalanguineus Henrici Imper. dicitur; fuit totius Calabriae Mag. iuſtitarius, vir inſigni pietate clarus an. 1124. Monaſterio S. Mariæ de Licodia in oppido ſuo Paternione curſum aquarum ex flumine Roccamadoris conceſſit. an. 1140 monaſterium meſſanenſe S. Gregorij multis ditauit latifundis b, anno 1197. ſuo in Rure Trimotheij, canobium Ciſtercie nſe S. Mariæ Roccamadoris fundauit. an. 1199. Adernionanſem S. Ioannis Prioratum feudo vnus militis in oppido ſuo Minæo auxit i filiam habuit hæ redem Margaritam K, & in ea extincta eſt de Lucy progenies.*

*De Iordano Comitis Rogerij filio 11.*

<sup>2</sup> *Iordanum Neti, Sclafani, & Calatanixetæ dominum ſine prole anno. 1093. Syracuſis mortem obijſſe tradunt Fazellus, & Maurôl. ſed Maur. f. 96. hunc falſo nothum dicit, & bene in cænobio S. Mariæ de Mili iacere hoc inſcripto epitaphio.*

*Iordanus Rogerij Comitis filius, qui quantum fuit inuictus conſilio, auſtor dome ſlice libertatis. ipſa deuicta a Barbaris Sicilia demonſtrat. Occidit Syracuſis, tandem hic tumulatus iacet an. 1093.*

<sup>3</sup> *Malegerium filium Comitis Rogerij tertium in diplomatibus S. Stephani de Memore in Calabria an. 1094. & 1099. ind. 7. ſubſcriptû lego.*

De

a nos. li  
3. fol 16  
de cor  
tibus  
marſci  
nis.  
b in hiſt.  
Mont. reg  
. p. 2. 27

c in noſtre  
l. 3. f. 19.

d in priu.  
Catanen.  
eccl. apud  
de Groſſis  
f. 77.

familia  
de Lucy  
north.

e in not.  
nouij eccl.  
catan fol.  
12 f.

f l. 3. f. 124.  
g in primi  
monaſt. S.  
Mariæ Roc  
camadoris  
in l. prel. f.

187.  
h Bonſigll  
3 f. 22.  
i nos l. 3. f.  
630.  
K. ibidem.

## De filiabus Comitiss Rogerij ex uxore Eremburga.

1 Mathildis, ad cuius preces Alexander Abbas S. Saluatoris Vallis Cælesinæ iuxta Capuam de Regis Rogerij eius fratris gestis conscripsit, vxor fuit Ranulphi Maniacij Comitiss Mōtiscauesi, Auenellæ a, atq; Carioiæ b, ex quo Robertum Comitiss, Adelaciam, & Simonem genuit filios, eosq; Rogerius Rex inuito sororio Ranulpho, qui contra eum rebellauit, in Siciliam transferendos curauit c. Roberto nepoti Auenellæ comitatum, quo eius patrem priuauerat, in Apulia concessit, inde à comitatu de Auenello dici cepit, sic subscribitur in priuilegio. Ecclesiæ Panor. d. *Telle Roberto Auenello, & in alio Ecclesiæ Pact. Ioannes miles de Partheniaco iussu domini sui Roberti Auenella interfuit.* ex dono auunculi Rogerij Regis, Parthenici erat etiam dominus in Sicilia. ex Roberto isti prodiere filij, vt in priuilegio. Eccl. Pacten. *Ego Raynaldus Auenellus concedente uxore mea Fredesenda, fratribusq; meis Roberto, & Drogonedo Abbati Pacten. Ecclesiam, qua est in Casali meo sub Partiniaco, atq; Casale Myrri.* Ex cognatione cum Auenellæ Comitibus Richardus de Aquila vir Northmannus præcipuus, de cuius præclarè gestis Ordoricus, modò de Aquila, modò Auenellus nuncupatur, vnde eruditè Dux Guardia b eam præclaram familiam de Aquila Northmannam appellat. Hunc esse Richardum Auenellæ comitem Siciliæ Rogerio in priuilegio. Ecclesiæ Panor. an. 1095. i. scriptum puto. ex eo natus est Raynaldus R. Aquila, sive Auenellus cui, Rex Rogerius Adelaciam ex sorore Mathilde neptem præ cæteris dilectam, in Sicilia nupti tradidit cum comitatu Paternionis, Aderionis, Collisani, & aliorum oppidorum dote.

Raynaldus florenti in ætate an. 1126 circiter è viuus sublatus, in eade maxima Catanensî honorificè iacet; relicta vxore vidua Adelacta duobus cum filiis Adam, & Mathilde m.

Porrò Adelacia, religiosissima Comitissa suis in oppidis plura edificauit, ditauitq; monasteria: Aderionis, S. Maria de Gratia, nunc de Caua, quod an. 1134. Ecclesiæ Catanensî dedit sic: *Ego Adelacia neptis domini Regis Rogerij vnâ cum filijs meis Adam, & Mathilde dedi &c.* an. 1134. aliud S. Maria de Robore Grosso extra Hadranum, vt testatur Martialis Episcopus Catanensî in suo priuilegio. scripto an. 1313. his verbis: *Per illustrem Dominam Adelaciam quondam Regis Rogerij neptem, & filiam Ranulphi de Monte-Canuseo; vnde ille de Grossis n loquens de Monasterio S. Nicolai de Arenis ait: ab Adelacia Comitiss Rogerij ex Metilde filia nepte Ranulphi Machabei Montis-Canusei, & Auellanæ Comitiss uxore, more suo errat, modò Machabei, modò Maniaco Ranulphū appellat. Adelacia Rogerij Sicilia Comitiss ex Metilde filia neptis, ex Radulpho Maniaco Montis Canusei, & Auellana Comite o. item, & Monasteriū benedictin. S. Maria de Scalas p. anno 1140 Ecclesiæ Cephalad. Ecclesiæ S. Petri Collisani q, & Prioratu S. Andree de Platia Ecclesiæ n. Elię Aderionis r, & anno 1150. monialium S. Lucia extra Hadranum s, tandem in sui oppidi Calatanixectę obiit castello, & in illius sacello iquentum est cadauer an. 1600.*

De Adam primogenito Adelaciæ leges in donatione Ecclesiæ S. Petri Collisani an. 1140. *Ego Adam Auenelli filius domina Adelaciæ neptis Rogerij gloriofissimi Regis Italia.* eiusdem Regis deinde fuit gener Adam,

a ex Faic  
cando  
Bemū ad  
an. 1131.  
f. 162. Car.  
f. 260.  
b Capyc. l.  
1. f. 7.  
c ex eodem.  
d ad.  
e ad anno  
1112. f. 106  
ne fol. 392.

g l. 11. f. 809  
b de fami-  
lia Gascia  
na f. 182.  
i fol. 105.  
K. nos 13.  
fol. 25.

l ibidē. &  
in Eccl. Ce-  
phal ad an.  
1140 f. 42. 1  
m nos 13.  
f. 24 & 29

n in sus no  
nij. na no.  
1220. fol.  
120.

o ibidē fol.  
123.  
p nos 1. 3.  
fol. 113.  
q ibidē fo.  
411.  
r ibidē fo.  
365  
s ibidem  
fol. 102.



Anno  
Cbr.  
1096

Adam, vt dicemus. *de Methilde* Adæ huius sorore, quæ tórtè infâs obijt, nihil habeo. *Simonem* eiusdem Adelaſiæ germanum fratrem, in Sicilia Comitatu Buteræ auctum lego in crectionis Prioratus S. Andree de Platia an. 1096. priuilegio<sup>a</sup>, eûq; nepotè Comitis Rogerij.

2. *Flandria*, seu *Flandria* secunda fuit Comitis Rogerij filia, quæ primùm nupſit *Hugoni Gozeſta*, siue *Malmozeſto b*, malè *Guerrera c*, nobiliffimo ex Northmanno genere, atque militia præſtantiffimo viro iuxta Catanam à Saracenis an. 1075. occiſo d. ac deinde ad ſecundas cõualuit nuptias *Comitis Henrici filij Mafredi Marchionis* Lombardi genere cum dominatus Paternionis, vbi ſuam fixit ſedem, & Policaſtri dote. *Henricus Adelaſiæ* tertie Rogerij Comitis germanus erat frater. Idem *Henricus* in priuili. an. 1136. f ind. 14. ait: *Ego Henricus Dei gratia, & regia Comes, & Marchio pro anima domini glorioſi Comitis Rogerij, & domina Adelaſiæ Regina mea ſororis*. dicitur *gratia regia Comes*, tórtè Policaſtri, cuius fuit hæres filius, dicitur *Marchio*, veliure quondam patris *Manfredi*, vel more Lombardo ex *Marchionibus Muferrati*. ex *Flädina* hos ſuſcepit filios, vt in priuilegio S. Mariæ de loſophat Paternionis an. 1124. & confirmata conſenſu *Flandina uxoris mea huc Rogerij, atque Simonis, necnon Manfredi, atque Iordani filiorum meorum*. Rogerium hunc fratrem *Simonis* ſubſcriptum inuenies. *Simon* ergo primo loco natus in Policaſtri Comitatu ſuſceſſit, ita in priuilegio dotationis S. Mariæ de Licodia: *ego Simon Policaſtri Comes, et Thomasia uxor mea, & in alio ſcripto Meſſanæ. an. 1156. 14 ind. confirmante VVilhelmo Rege* dotationè S. Leonis Aethnæ, habetur: *Simon Comes Policaſtri filius quondam Comitis Henrici Lombardi*. Ex *Simone* hoc, & *Thomaſia* coniugibus tres procreati ſunt filii, vti mox docebit, quod aſſeram diploma: 1. *Ego Manfredus Dominus Mazarini Comitis Simonis filius ad ſalutem anime glorioſi Comitis Rogerij proaui mei, & uxoris eius Adelaſiæ Regina, & vt proſit anima Henrici aui mei, & eius coniugis Comitiſſæ Flandriæ, & vt miſereatur Deus Domino patri meo Simoni, annuente, & conſentiente Beatrice uxore mea*. ann. 1143. alio ex diplomate græco<sup>b</sup> dono *Epifcopo Syracuſano* egeſtate iam pridem laboranti oppidum *Mazarini*; paulò ante eidem *Epifcopo Caſale S. Vincentij* cum duobus *Molendinis i*, & ex alio diplomate dat. an. 1154. *Eccleſiæ S. Mariæ, quam nuper in Mazarino conſtruxerã, offero totam ipſam terram, quæ eſt in loco, & ſuper loco k*. cum his ſubſcriptionibus † Signũ manus domini *Odonis de Arcadia* patris prædictæ domine *Beatricis*. † Signum manus domini *Rogerij filij præſcripti Comitis Simonis* fratris vidui iã dicti domini *Manfredi*. † Signum manus domini *Angoſti filij VVilhel. de Pucio* ſororij vidui prædicti domini *Manfredi*.

3. *Iuditha filij Comitis Rogerij* in priuili. eccleſiæ Paſt. an. 1111. l ſubſcripta eſt; eamque *Gileſtam* haud rectè appellat *Fazellus m* ait: quòd fuit *Rogerij Siciliae Comitis ex Adelaſiæ ſecunda eius uxore, filia, & Rogerij Regis germana, quæ Roberti Zamparroni Comitis amores experta, cum eo a patre auſugit. At non diu poſt ſtuprum eidem Zamparrono connubio coniuncta, à patre benignè recepta oppido, ſeu caſtro Sa:ca cù adiacenti regione dotata eſt. Ex Iuditha, & Roberto iſto cognomento Zamparrono Baſſauilla genere Northmanno Conuerſani Comite,*

a ibidem f.  
102.b de eius p  
clarè geſſit  
in chronic.  
Caſcume.  
c Mauroli.  
3. f. 95.  
d Fazell. fo.  
435.e ex priuili.  
S. Mariæ Io  
ſophat. ann.  
1114. nos  
l. 3. fol. 82.  
112.f ibidè vbi  
eius geneſi  
ſim habes.  
g in priuili.  
80.b apud Fa-  
zell. in ſine  
l. 10. f. 651.  
i in noſtro  
l. 3. f. 154.  
k ibid fol.  
159.l f. 390.  
m dec. l. 17  
fol. 243. &  
nos de ea l.  
3. f. 335. &  
334.

a ex Capry.  
cfol. 12. f. 63  
b fol. 446.  
447.

c nos l. 3. f.  
277.

d Ferrill f.  
417. &  
Mauroll. 3  
f 98  
e Ordor. l. 3  
f 49.  
sex tab. e.  
cl. f. p. cl. f.

g vide Sci  
pionē A.  
miratū de  
ea fam.  
h in tab. or  
bis Pan an.  
1312. fol.  
42.  
i Ordoric.  
l. 12. f. 884  
K l. 3. f. 98

l supra fol.  
Obitus,  
& sepul  
chrūm  
Comitis  
Rogerij  
m apud Ca  
raccol fol.  
119.

lus suc  
cessio  
nis.  
nl. 1; fol.  
897.

\* huc est fi  
lia Comitis  
Rocēin. et  
panò ante  
dixit x A  
delisi. hae.  
n. 1. 3. jcl.  
274.

Ciuitatis de Florentino, ac Drogonaræ domino exortus est alter *Anno.*  
*C. h. 1*  
Robertus Bassauilla patris hæres, ab Guillemo I. cuius solemni in *1100*  
terfuit coronationis, Comitatus Loricelli, seu Lauricelli titulo au  
ctus est. de eo sic Fazellus b: Robertus Comes Loricelli, Guillelmi I. Re  
gis consobrini, qui se à Rogerio Rege Auunculo in vltima voluntate Regno,  
si filius parum idoneus videretur profectum in mare, & ad imperium aspi  
rare, Maio verbis multis Regi persuasit: ex hoc multatur, & à Guillemo  
II. inde reuocatur. idem Rex N fratrem huius Comitis Roberti ec  
clesiæ Agrigentinae præficiendum curauit.

4 *Buſilla*, seu *Elaterja* filia à Comite Rogerio genitore de consilio  
Papæ Vrbanii II. nuptui traditur an. 1093. *Alemanno Vngarorū Regi* d.

5 *Vilasta* verò an. 1095. *Conrado Henrici IV. Imperat.* prognato.  
6 *Matbildis* minor Roberti de Aceto *VVilhelmi Aucensis North*  
*mā* e filii vxor, vt cōstat ex priuil. f Anno 1095. ind. 3. *Ego Robertus Comes*  
*VVilhelmi de Auceto filius pro remedio anime mee, & pro anime prelibati*  
*patris mei diui recordi, & pro salute Comitissa Matbildis vxoris mee, vt il*  
*lam Deus ab infirmitate corporis liberet, dāse, & cōcedēte eadem Comitissa*  
*Matbildis, ac et de voluntate gloriosiss. Comitis Rogerij, & probissima Comitij*  
*se Erēburge digniss. patris, & matris eius dominorū meorū Ambrosio Lipa*  
*ritano vener. Abbati dono, & c. † Robertus Comes de Auceto, Comitissa Ma*  
*tbildis, Robert. Treyn. Epif. Guarinus Roberti Aucensis Comitis filius. 2*  
*De Tertia Comitis Rogerij vxore, & ex ea filijs.*

*Adelasia*, quam *Adelē*, vel *Adelēyde* Northmanni Scriptorum nun  
cuparunt, *Bonsacij Marchionis viri potentis in Italia filiam* h *Maurolyc*  
*us* i incaute vocat *Adelandam Bonsacij non filiam sed ex fratre Baldui*  
*no nepiam*; prauigna fuit *Manfredi Marchionis Lombardi* fortē ex  
*Marchionibus Monterrati, & soror vterina Comitis Henrici viri*  
*Flandriæ secundæ filie Comitis Rogerij*; vt cūm de ea; multis ex  
priuilegijs probauimus K, & Tertia ciuitatem *Rogerij vxor*, ex qua  
duos superstitēs reliquit filios. 1. *Simonem* 2. *Rogerium*, & aliam fem  
inam, de his suo loquemur loco.

Mortuus demum Rogerius vicilia, ac Calabria Comes apud Mi  
letum Calabriae anno sal. 1101. 10. Kal Iulij, ætat. suæ an. 70. 1 at  
que in ead. S. Trinitatis, quam ipse fundauerat, diuitijs aucterat,  
regio more tumulata est, htc adiecta epigraphæ.

*Lingens terrenas migravit Dux ad amœnas*  
*Rogerius sedes; nam cœli detinet ades.*

*De Simone Rogerij Comitis filio.*

*SIMON* ergo an. 1093. Salerni natus; ætatis annorum 8. Ro  
gerij patris testamento sub matris *Adelasiæ* tutela successit; vnde  
*Ordoricus Vitalis Vticensis Monachus* m sic narrat: *Adles cum par*  
*uulo filio Simone regere se non posse magnas possessiones, prospiciens Rob*  
*ertum Roberti Ducis Burgundie filium in amicitiam copulauit, atque suam*  
*suam conjugem cum toto Sicilia Principatu, quem Principatum contra*  
*cunctos per decem annos strennè Robertus defendiuit.* Interea mature ex  
cessit & viuis ætatis suæ ann. 11. *Simon.* de hoc mortis tempore  
nullas auctorum, quem sciam, nisi diploma de fundatione templi  
*S. Margaritæ V. M. à Roberto Malcomanat* n, lucem avert. ibi e  
nim

II. Si  
cilia  
Com  
es  
Simō.

Ann Cbri. 1112. nım hęc lego; Anno sal. 1108. *consulatus iunioris Rogerij anno tertio.* initium ergo Rogerij fuit anno 1105. & apud Northmannos Scriptores a sepe legimus Rogerium *Consulem* idest, Regentem, & *anho consulatus* idest regimini.

De Rogerio Rogerij Comitiss filio, Sicilia Rege.  
 ROGERIVS anno sal. 1095. in Sicilia ortus, æt. an. 10. Simoni fratri sub eadem matris tutela sufficitur: Quare subdit Ordoricus b Inter ea Adles Rogerium puerum educauit, atque ubi ad arma gerenda, & ius patris regendum tyronem idoneum agnouit. egręgium Francigenā, & probamque multem generum suum venenosa potione prob dolor! infecti, extinctio itaque seminea fraude nobili Marchiso, Rogerius successit. & an. sal. 1112. in quodam Ecclesie Panor. priuilegio e sic loquitur: ego Adelaia Comitissa, & Rogerius filius meus Dei gratia iam miles, iam Comes Sicilia, & Calabria: ob ingenij acumen Salomon, ob militarem peritiam Anibal dictus. tunc enim ætatis suæ ann. 19. agebat Rogerius, huius nominis 11. Comes. Ordoricus de Adelfasia hæc habet: Callida sane mater à morte mariti sui pecuniis collectis iugentem thesaurum sibi congererat; quod audiens Balduinus \* Prior Ierosolime Rex opes concupiuit, ipsamque ut conjugali ritu sibi copularetur, per illustres Proceres requisit. Illa verò factis, & honoris insatiabiliter auida, nobilibus parantibus acquieuit, & multitudine stipata clientum, cum ingenti ærario Hierusalem properauit. Rex verò Balduinus opimas quidem opes grauitanter recepit, mulierem verò vetustate rugosam, & pluribus criminum neque infamem repudiavit. Anus itaque culpis promerentibus confusa Sitanos reperit, & inter eos cunctis deinde contemptibilis consensit d. Hinc error Maurolyce asserentis Adelandam (sic vocat) hanc fuisse Reginam Hierusalem iure sui patris Alduini detegitur. Tandem ad ann. sal. 1118. apud Pætas obiit, & ibi in templo maximo hac epigraphæ iacet.

Hic iacet corpus nobilis domine Andilaisæ \* Regina matris Serenissimi Domini Rogerii primi Regis Sicilia, cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace. Amen. M. C. XVIII.

1122. Rogerius quidem à primis adolescentiæ temporibus felicissime nature incrementa sortitus VVilhelmo Roberto VViscardi ex Rogerio gnato, nepoti Calabriae tunc Duci anno 1122. 600. militares viros, atque 500 uncias auri pro vltima illata sibi iniuria in Ciuitate Nafio ab Iordano Arianensi Comite, largitus est, tunc Rogerio Duce alteram Panormi, & totius Calabriae medietatem concessit. Inde Magnus Comes Italiae, Calabria, & Sicilia dici cepit.

Mag. comes Italicæ Rog. 2. Anno verò 1127. post huius VVilhelmi nepotis, & Buamundi cõsobrini obitum, Ducatum Apulia, Principatusque Salerni, & Capuae occupare statuit: magnis viribus (ait Ordoricus b) cunctos opprimens, nulli parcens, sed & cognatos, & extraneos pariter proflernens, & expoliator opibus cum dedecore conculcans, Tancredum de Conuersano Atella, Brundisium Dominum, & Richardum Capuae Principem cõsobrinos suos hereditate priuauit, & vi exulare coegit. Sed ab Honorio PP. id ægrè ferente neque per legationem, ac promissa, neque per Beneuetanorū, qui in partibus Pontificis erant pces, ac supplicia captiuorum, ductis, quam optabat, appellationem potuit exorare

a Ordor. li. 13. fol. 897.

lus successio- nis.

b ibidem. \* hic est filius Rober- ti Ducis Burgundie c. f. 105.

\* hic fuit frater Gothofredi cui veneno perempto successit electione. Ordor. li. 10. f. 793.

Adelasia qua re Regina dicitur.

d Ordor. li. 1. f. 898. el. 3. f. 98.

Obitus, & sepul.

Adelaf. f. nos 43. f. 390.

\* sic scriptum.

gnori 3. ad an. 1124.

h. li. 13. fol. 898.

\* Robertum 11. alibi sic 80.

dein verò Himerici Cardinalis, & Cencij Francipanis opera pace cum Pontifice inita cum honorem retulit: eaque de causa, fidei sacramento, quòd Beneuentum, & Principatum Capuanum nullis esset affecturus molestis, sed pro Apostolica Sede defensurus, die octavo Assumptionis B. Mariæ ad Pontem Maiorem extra Beneuentum Honorio Rom. Pont. se obstrinxit. Verum enim verò gloriæ cupidus expleri nunquam potest. Cum Ducis titulo Rogerio non esset satis; Regij nomen, ac dignitatis libido incessit. quandam verò, & cuius auctoritate ad eam subiectus fuerit, hic explicare præderit, nec erit lectori iniucundum; res etiã est apud Scriptores inuoluta, & quam in M. S. codice egregiè credo evolutam. M. S. chronicon autographum apud eruditissimum, atque antiquis monumentis benemeritissimum virum Camillum Tutinum Neapolim. extat nunc. En illud.

*Mortuo Crullima & Apulia Duce; & extincta profusa linea Roberti Guiscardi, Rogerius filius Comitiss, nostri Eremi fundator, Ducatum Apuliam occupavit, qua de causa à Pontifice fuit excommunicatus, & post reconciliationem cum Pontifice habitam per Apostolicum diploma ei Ducatum contulit; Itaque ditionem habente Rogerio Apulia, Calabria, & Sicilia, Sergium Ducem Neapolis in bello vicit, obstrinque etiam Principatum Capua, & nihil faciens Ducalem titulum; consilio, & sententia, Sarraporum. & Magistratus, Regis titulo nuncupari voluit; ad cuius actus celebritatem quamplures fuerunt acciti Archiepiscopi, & Episcopi, varij Comes, & Milites, cum quibus etiam Magister Radulphus à Crucesio Eremi Magister voluit tanta interesse solemnitate; & decurrente Anno M. C. XXI. ind. VI. Kal. Maij discessit onã simul cum Episcopo Melitensi, & Squillacino; & in navigatione ob tempus, & pluuiã multa passi sunt incommoda, tandem ad Civitatem Messanã appalerunt, ubi ab illius civitatis Episcopo mira cum caritate recepti fuerunt: post tertium quoque diem iter habuerunt Panormum versus, ubi inuenerunt apparatus quamplures, occasione tunc solemnitate, & Idibus Maij constituta die pro Rogerij coronatione, ipse comparuit suo in Palatio indutus regali vestimento atro contexto, capite cooperto paruo sericeo bireto, catena aurea ad collum, multiplici gemmarum textura variata, & equo resedens ad Maiorem Ecclesiam, magna Prelatorum & Procerum simul equitantium cohorte ductus fuit, ubi à clero summo cum honore receptus est. Erat quippe templum preciosissimo, ac nitidissimo apparatu excultum: ita ut intuentium oculos summo admiratione afficiebat, ibique tantus diuersarum nationum concursus fuit, ut vix ad Ecclesiam pateret aditus, factis aliquibus ceremonijs à Prelatis; demum Beneuentanus, Capuanus, Salernitanus, & Panormitanus Regale diadema varij contextum gemmis Rogerij caput ornavit, eique sceptrum tradiderunt, & Regis titulo ab omnibus fuit acclamatus, & hymno dicto pro gratiarum actione, omni genere musicorum tubis, citaris, & symphonijs, (ipsis & Rege equitantibus) associatus suis per urbem, & ad Regiam ductus, quibus omnibus adfuerit Rogerius Archiepiscopus Beneuentanus, Philippus Archiepiscopus Capuanus, Romualdus Archiepiscopus Salernitanus, Petrus Archiepiscopus Panormitanus, Angelus Archiepiscopus Barensis, Verierandus Archiepiscopus Tranenesis, Arnulfus Archiepiscopus Cusentinus, Ioannes Sancta Seuerina Archiepiscopo-*

ex chron.  
beneuent.  
apud Bar.  
ad an. 1117

hexeod.  
chron. fol.  
247.

ex Chr.  
M. S. apud  
Feci. S. Ste  
fani de Do  
co Calabr.  
que olim  
Eremus di  
cebarur.  
d. confestii  
Baron 117  
ad an. 1120  
f. 174.  
In nor. P.  
II. testatur  
in suo dipl  
f. hoc in nu  
it Alexan.  
Abb. 12. de  
rebus ge  
stis. Roger.  
Sicil. Reg.  
i. pref. Ca  
ar. aguste  
an. 1478.  
Rogerij  
Panor  
mi coro  
natur.

An  
Cbr.  
1112

M.  
Dux  
Sicil.  
V. Ca  
labris  
Rog.  
11.

1129  
Rog.  
Sicil.  
Rex I

Ann.  
Chri.  
1129

scopus, Gualterius Archiepiscopus Tarentinus, Ioannes Cannensis Episcopus, Hugo Messana Episcopus, Riccardus Caieta Episcopus, Sigebertus Avinensis Episcopus, Tristinus Mazzarinus Episcopus, Petrus Ravello-  
sis Episcopus, Rolandus Episcopus Syracusanus, Honorius Episcopus Troi-  
anus, Rogerius Episcopus Agrigentinus, Robertus Episcopus Auerfanius,  
Angelus Catanensis Episcopus, Nicolaus Cotroneus Episcopus. Adfuit  
etiam Episcopus Grentinus, Tropeianus, Locrensis, Brisidianus, & Cas-  
sanensis, Raynaldus Calamontarius, Abbas Casinensis, Vmfridus Abbas,  
Stephanus Abbas, Desiderius Abbas, & Radulphus à Crucifixo Magister  
Eremiti. Adfuerunt quoque Goffridus Loristellus Comes Catanzaris, Ric-  
cardus Dux Caieta, Ammianus Regis Conradi Legatus; Rogerius Cul-  
chebret Comes Arene, Canzianus Rogerii Cancellarius, Nicolaus Roge-  
rii Protonotarius, Anselmus Piperio Comes, Petrus de Sancto Severino  
Comes, Afrigus Capicius Comes, Ranulphus Comes, Tancredus Filan-  
gerius, Guillelmus Culchebret de Arene, Hugo de Claramonte, Roge-  
rius Aenello, Goffredus Altavilla, Hugo Graffo, Fulco Catacensis, Am-  
fridus Bonellus, Petrus de Montorio, quamplures alii Milites, & innu-  
merus populus.

Vltis sancto Honorio Pontifice in Pastorem vniuersalem fuit adeptus  
Gregorius Diaconus Cardinalis dictus Innocentius II. qui noluit hanc co-  
ronationem pontificio consimulare diplomate, & quoniam aduersus Innocen-  
tium, Petrus Cardinalis schismate fuit in Pontificem creatus, dictus Ana-  
cletus II. Rogerius ab hoc fuit priuilegio confirmatus, qui multa multis co-  
cessit, & Magister Radulphus obtinuit confirmationem gratiarum à Roge-  
rio Comitibus eius patre concessarum. hæc chronicon. Audisti lector sua  
sibi auctoritate Rogerium regios vindicasse titulos, ac Panormi re-  
gium suscepisse eadem, quamquam Messanam prius ex Italia  
ueniens appulerit; bellè enim uerò huic narrationi accinit Alexan-  
der Celsinus Abbas lib. 2. a initio, ubi narrat Rogerio post latè ex-  
tensos sue ditionis fines, cum sibi omnia pacata essent, suggestisse  
non paucos. Vt ipse, qui tot prouinciis Siciliae, Calabria, Apulia, cateris-  
que regionibus, quae panè Romam usque habentur, Domino cooperante  
dominabatur, nequaquam uti Ducalis, sed Regii illustrari culminis hono-  
re deberet, qui etiam addebant, quòd Regni ipsius principium, & Caput  
Panormus Siciliae Metropolis fieri deceret, quae olim sub priscais temporibus  
super hanc ipsam prouinciam Reges nonnullos habuisse traditur, quae postea  
pluribus euolutis annis, occulto Des disponente iudicio, nunc usque sine Re-  
gibus mansit. Adhibitos deinde, narrat Alexander, ad consilium peri-  
tissimos quosque, ac probatiores viros, nec non & Primates om-  
nes, illos verò eius rei Rogerio fuisse auctores, ac decreuisse, ut Pa-  
normi ad eum promoueretur honoris gradum. Nam si regni solium  
(inquiunt) in eadem quondam ciuitate ad regendum tantum Siciliae  
certum est existisse, & nunc ad ipsum per longum tempus descisse uidetur,  
ualde dignum, & iustum, ut in capite Rogeris diademate posito, regnum  
ipsum non solum ibi modo restituatur, sed in caeteras etiam regiones, quibus  
dominari cernitur, dilatarì debeat. Non solum ergo Panormius Siculi  
Regni Metropolis, sed Regionum omnium, ac Prouinciarum, quae  
Rogerio subiectae erant, Metropolis constituitur, ea nimirum in to-  
tus Regni Sedes Regia, vel Metropolis nuncupatur; Non in qua  
Rex

\*vel Aug.

\*Maarit.

al.2.f.107.

a in summa  
confess. p. 2.  
cap. 3.  
b Dec. v. l.  
c f. 177. 7.  
dec. 2. li. 7.  
c. 1. & M.  
vol. lib. 3.  
hist. Sic.  
e de rebus  
geclis Rog.  
rh. l. 2. fol.  
107.  
d loc. cit.  
& Siculi  
omnes an-  
nates.

e ex eodem  
Chron. Ro-  
mano. 1139  
n. 11.

\* Roge-  
rio poti-  
us.

Sicilia  
Caput  
Regni &  
Apuliae  
& Cala-  
briae cō-  
plecti-  
tur.  
\* Roge-  
rio.

Rex moratur ait D. Antopus, sed in qua vngitur, & coronatur. Chronico M. S. consentit Fazellus b dicens, Panormi anno 1129. idibus Maii (Rogerius) in Regem Siciliae vngitur, & coronatur, urbemque ipsam, Panormium regiam constituit. Sed praeterit, Alexander Abbas hanc Rogerij inaugurationem, quam vidimus factam idibus Maij anno 1129, & volens (credo) illam praeterit, cum sua sibi auctoritate vindicasse regium nomen videri posset Rogerius. Alexander ergo inuuisse contentus, quoniam hanc regiae dignitatis cupiditatem iniecerint, ad alteram inaugurationem transiit, quae & maiori celebritate, & non sine Pontificis (viti tunc creditum est, & mox dicā) auctoritate peracta est; primae enim tantum meminit Fazellus d, at secundam praeterit, quod iam tunc Rex dici coeperit Rogerius, eaque semper appellationem retinuit. Subdit (viti vidimus) M. S. Chron. Maraldi, Innoc. II. Pontificem noluisse suo diplomate regiam Rogerio dignitatem stabilire, atque ea de causa factum est anno 1130. vti Anacleto II. Pseudopontifici contra Innocentium e adhaerent Rogerius, ac fauore illis regios sibi titulos comparauerit. Anacleto diplomata quamquam decurtatum, & acephalum e Bibliotheca Vaticana eruit Baronius, huc ergo transferam, quia ad rem meam non semel faciet; id verò sic habet.

... Ecclesia praedecessorum nostrorum Urbani, & Paschalis veneranda memoria Romanorum Pontificum, & innumeris seruiuit obsequijs, felices etiam recordationis mater tua viri sui nobiliter vestigia subsequens pro datis sibi a Domino facultatibus, eandem Dei Ecclesiam larga liberalitatis manu affiosis sine honore, & sustentare curauit; Tu quoque, cuius diuina prouidentia inter reliquos Italiae Principes amplior sapientis, & potestatis prerogatiua excessit, quia praedecessores nostros magnificentius honorare, & abundantius deservare studuisti; personam tuam, & heredituorum perpetuis gratiae, & honoris titulis adornare, & exaltare decernimus. Concedimus igitur & donamus, & auctorizamus tibi, & filio tuo Rogero, & aliis filiis tuis secundum tuam ordinationem in Regnum substituendis, & heredibus suis coronam regni Siciliae, & Calabriae, & Apuliae, & uniuersae terrae, quarum tam nos, quam & praedecessores nostri praedecessoribus tuis Ducibus Apuliae nominatis: Roberto Guiscardo, Roberto eius filio dedimus, & concessimus, & ipsam regnum habendum, & uniuersam regiam dignitatem, & iura regalia, iure perpetuo habendum in perpetuum, & dominandum. Et Siciliae caput regni constituimus. Porro auctorizamus, & concedimus, vt per manus Archiepiscoporum terrae tuae, quos volueris, iuxta tuam voluntatem, assistentibus alijs Episcopis, quos volueris tu & tui heredes, in Reges inungamini, & in statutis temporibus coronemini. Item omnes concessiones, donationes, & consensus, quos praedecessores nostri praedecessoribus tuis Roberto Guiscardo, Roberto filio eius, Vivilmo Ducibus Apuliae, & tibi concesserunt, donauerunt, & concesserunt, donamus, concedimus, & consentimus tibi, & filiis tuis, & heredibus tuis habendum, & possidendum in perpetuum. Donamus etiam, & auctorizamus tibi, & tuis heredibus Principatum Capuanum cum omnibus tenementis suis, quem admodum Principes Capuanorum tam in praesenti, quam in praeterito tenuerunt: honorem quoque Neapolis, eiusque pertinentiarum, & auxilium hominum Beneuentis contra hostes tuos lar-

Ann.  
Chr.  
1130.

Ann.  
Chr.  
1130

*Simur, & confirmamus. Tuis porrectis petitionibus annuentes concedimus Panormitano Archiepiscopo, eiusque successoribus, & Panormitana ecclesie consecrationes trium Episcoporum Siciliae, videlicet Syracusani, Agrigentini, & Alazarientis, vel Catanensis, ea ratione, ne supradictae ecclesie in diocesibus, vel possessionibus suis à Panormitano Archiepiscopo, vel ab ipsa Panormitana ecclesia diminutionem aliquam patiantur. De reliquis verò duobus pl:iori nostro consilio rejeruamus. Hac omnia supradicta, has nostras concessiones sic concedimus, tradimus, & auctorizamus tibi, & tuis filijs habenda, & possidenda iure per petuo, dum nobis, nostrisque successoribus homagium & fidelitatem, competens nobis & vobis, securoque loco facies, vel facient, iuraueris, vel iurauerint sin nobis, vel nostris successoribus non remanserit, non ideo honoris, seu dignitatis, vel terra sup patiantur diminutionem. Tu autem censum . . . & heredes tui videbites sexcentos sibi satis, quos annis singulis Romane ecclesie persoluaere debes, si requisitus fueris: quòd si requisitus non fueris, facta requisitione persoluas nulla de non solutis habita occasione. . . si qua sanè in posterum ecclesiastica, secularisue persona huic nostrae concessioni, vel donationi obuiare tentaueris, nisi satis factioe congrua siqueris, anathematis gladio feriatur. Omnibus verò, has nostras condisiones, concessiones, & consensius seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi. Amen.*

*Ego Anacletus Catholicae Ecclesiae Episcopus.*

*Ego Mattheus praebiter Eudoxie.*

*Signum manus Petri Leonis Romanorum Consulis, & signum manus Rogerij fratris eius, & signum manus Petri Vguiccionis s:ij, & signum manus Cencij. . . Guidonis, & signum manus Petri Leonis de Fundis, & signum manus Abucis, & signum manus Ioannis Abdiricij, & signum manus Milonis. Datum Beneuenti per manũ Saxonis S. R. E. praebiteri Cardinalis, V. Kal. O. Tobris, Indictione nona, anno Domini Incarnationis millesimo centesimo trigésimo, Pontificatus domini Anacleti Secundi Pape anno primo.*

Panormi verò Rogerius an. 1130. de suorum iterum consilio, profutis populi gestientis gaudijs, regium diadema secundum suscepit in Metropolitana Ecclesia, cuius Sacello *S. Mariae Incoronatę* marmorea fuit superposita tabella hac inscriptione *HIC REGI CORONATI DAIVR*, vñ ipse Rex testatur a *Sanc:amitaque, ecclesiam Panormi* infra nostris peñoris claustra precipui dilectione gestamus, tam quia Regi diadematis nostri primitus in ipsa, & ab ipsa suscepimus. Hac de inauguratione agit Alexander Abbas lib. 2. quam ipso Natali Seruatoris nostri die factam narrat, quod etiam his disertis verbis refert Falconis Beneuentani Chronicon. Anno igitur ipso praesens Anacletus Cardinalis suum, Comitem nomine, ad Ducem illum dicitur, quem die Natiuitatis Domini in Ciuitate Palermitana in Regem coronauit: Princeps verò Robertus Capuanus coronam in capite eius posuit. Quamquam verò, vt in diplomate vidimus, per quemcunque Archiepiscopum Regi sui, corona ornari, ac inungi solemnii ritu posset Rogerius; transiit tamen Anacletus à Panormum Cardinalis suum (vt dixi) Comitum nomine, nescio an ad amplificandam Regis decus, an quòd id inuneris Panormitanus Archiepiscopus respueret; qua de re meam prodam suspitionem in Panormitana Notitia

*infra m. not. Pan. ad m. 1144 f. 112.*

*ds. Chron. Beneuentani opus. Tur. m. 73*

Rogeri<sup>9</sup>  
Rex Ita  
liæ dic-  
tus.

a habes pri  
vil. Hugon.  
Epif. Atef:  
ip ea notit.  
ad annum  
1130. &  
Maurol. l.  
3 f. 99.  
b epif. 127  
129. &  
140.  
c Baro. an.  
1138. n. 3.  
d m 1139.  
apud Ba-  
ron n. 11.

e Otto Fri-  
sergh. l. 7.  
c. 2. in fine  
eadem ha-  
bet. Platina  
in vita In-  
noc. II. ca.  
170. Suri-  
ta l. 3. an-  
nal. Iacobi  
I. Reg. A  
rag. mibi f.  
136.

In noc.  
PP. II. di-  
ploma  
ad regij  
tituli cō  
firmatio-  
nem.

Reges  
habuit  
olim an-  
tiquissi-  
mis tem-  
poribus  
Siciliæ.

titia ad annum 1129. nec Regis tantum Siciliae appellationem vsurpabat Rogerius, sed Regem Italiae a, lenocinante felicitate commotum, nuncupatum reperio: liquet id apertissime ex inscriptione, quam in sculpi voluit æri campano, quod Guza Panormitani appellat, vbi hæc habentur: *Anno ab incarnatione 1136. ind. 14. fusa Panormi Rogerius Siciliae, Italiaque Rex, magni Comitiss Rogerii filius me dextera Bionis fundi, ac D. Mariæ dicari iussit.* Derisit verò sæpe D. Bernardus inane Regis nomen à Rogerio vindicatum<sup>b</sup>. Sed tantæ aduersus Innocentium exarserant in Rogerio odij flammæ, vt vel post Anacleti obitum<sup>c</sup>, Antipapæ Victori subrogato per schismaticos Cardinales adhæserit; atque cum turpem illam dignitatis Pontificiæ simulationem abieccisset Victor, cæterique ferè omnes ad Innocentij partes accessissent; Rogerius aduersus ipsum<sup>d</sup> Innocentiū in Apulia, ad quam defendendam Pontifex accurerat, cum exercitu obuius processit; ad pactiones inde ventum, ac Rex ipse, vt est in Chronico Beneuentano, & *Dux filius eius, & Princeps 17. die mensis Iulij ante ipsius Apostolici præsentiam veniunt, & pedibus eius aduoluti, misericordiam petunt, & ad Pontificis imperium vsquequaque stantur;* ac paulò post Regi Rogerio Siciliae Regnum per vexillum donauit<sup>e</sup>; Duci filio Rogerij Ducatum Apuliæ, Principi alteri eius filio Principatum Capuæ largitus est; inita verò pax est 7. Kal. Augusti, ac diploma regiæ dignitatis, vbi se Honorij exemplo, qui Ducatum Rogerio dederat, commotum ait Pontifex, ad regium nomen indulgendum, sic habet.

*Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei charissimo in Christo filio Rogerio illustri, & glorioso Sicilia Regi, eiusque hæreditibus in perpetuum, Quos dispensatio diuini consilij ad regimen, & salutem populi ab alto elegit, & prudentia, iustitia, aliarumque virtutum decore decenter ornavit: dignum, & rationale est, vt sponsa Christi sancta, & Apostolica Romana mater Ecclesia affectione sincera diligit, & de sublimibus ad sublimiora promoueat. Manifestis siquidem probatum est argumentis, quod egregia memoriæ strenuus, & fidei miles B. Petri Robertus Guiscardus prædecessor tuus, Dux Apuliæ, magnificos, & potentes hostes Ecclesia viriliter expugnauit, & posteritati suæ dignum memoria nomen, & imitabile probitatis exemplum reliquit. Pater quoque tuus illustris recordationis Rogerius per bellicos sudores, & militaria certamina inimicorum Christiani nominis intrepidus extirpator, & Christianæ religionis diligens propugnator, ut potè bonus, ac deuotus filius, multimoda obsequia matri suæ S. R. E. impersauit. Vnde & prædecessor noster religiosus, & prudens Papa Honorius nobilitatem tuam de prædicta generositate descendente inuentus, plurimum de te sperans, & prudentia ornatum, iustitia munitum, atque ad regimen populi te idoneum esse credens, valde dilexit, & ad altiora prouexit,*

*Nos ergo eius vestigijs inbarantes, & de potentia tua ad decorem, & utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ spem, atque fiduciam obtinentes; regnum Siciliae, quod utique ( prout in antiquis refertur historiis ) regnum fuisse non dubium est, tibi ab eodem antecessore nostro concessum, cum integritate honoris regij, & dignitate Regibus pertinetente, excellentiæ tuæ concedimus,*

Ann.  
Cbr.

1135



Ann.  
Cברי.  
1139

mus, & Apostolica auctoritate firmamus. Ducatum quoque Apulia tibi ab eodem collatum, & insuper Principatum Capuanum integre nihilominus nostri fauoris robore communimus, tibi que concedimus. Et ut ad amorem, atque obsequium B. Petri Apostolorum principis, & nostrum, ac successorum nostrorum uehementius astringaris, hæc ipsa, idest regnum Sicilia, Ducatum Apulia, & Principatum Capua hæreditibus tuis, qui nobis & successoribus nostris (nisi per nos & successores nostros remanserint) pligium homagium fecerint, & fidelitatem, quam tu iurasti, iurauerint, tempore uidelicet competenti, & loco non suspecto, sed tuto nobis, & ipsi, atque salubri duximus concedenda; eosque super his, qua concessa sunt, Deo propitio manutenebimus. Quod si per eos forte remanserit: idem hæredes tui nihilominus teneant, quod tenebant sine diminutione. Censuram autem, sic ut statutum est, idest sexcentorum scabifatorum, à te, tuisque hæredibus nobis, nostrisque successoribus singulis annis reddatur, nisi forte impedimentum interueniat: remouente uero te impedimentum, nihilominus persoluatur. Tua ergo, fili charissime, interest ita te erga honorem, atque seruitium matris tue S. R. E. deuotum, & humilem exhibere, ita tunc ipsum in eius opportunitatibus exercere, ut de tam deuoto, & glorioso filio Sedes Apostolica gaudeat, & in eius amore quiescat. Siqua sua ecclesiastica, secularisue potentia huic nostra concessioni temere contraire tentauerit; donec presumptionem suam congrua satisfactione coerceat, indignationem Dei omnipotentis, beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius incurrat, & quousque resipuerit, anathematis sententia percellatur. Amen.

Ego Innocentius Catholica Ecclesie Episcopus.

Ego Albericus Officiensis Episcopus.

Hæmericus S. R. E. diaconus Cardinalis. Datum in territorio \* Marianensi per manum H. Cancell. 6. Kal. Augusti, Ind. 2. Incarnationis Domini anno 1139. Pontificatus uero Domini Innocentij Pape 11. anno 10. Gratulatus est Rogerio de regio diademate; & gratia Innocentij conciliata Petrus Cluniacensis a, ac Diu. Bernardus b, qui Cistercienses monachos in Siciliam transmisit, ut Rogerij optatis faceret satis. Turbatum non nihil deinde est inter Rogerium, & Lucium 11. Pontificem, quod significant huius litteræ ad Petrum Cluniacensem c, ubi sic habet. Ad colloquium Regis Sicilie descendimus, tum quia ad honorem Dei, & Ecclesie sue firmam pacem cum eo facere non potuimus; instante tamen ipsius uolentia nos cogente, irrequam cum eo composuimus d. Cum interim Arnaldi cuiusdam Brixientis hæretici, cuius mores eleganter descripsit Guntherus Ligurinus e, sectariorumque seditionibus contententium, ut pro pristina Senatus Romani dignitate, illi rerum administratio traderetur, Lucius Pontifex obuiam ire conaretur, Rogerio potissimum in reprimendis motibus ciuium usum fuisse, ipsa Romanorum epistola ad Conradum Imperatorem, quem ad sua studia conabantur allicere, aperte indicat. Concordiam autem (inquiunt) inter Siculum, & Papam huiusmodi esse accepimus. Papa concessit Siculo uirgam, & anulum, & dalmaticam, & mitram, atque sandalia, & ne ullum mittat in terram suam Legatum, nisi quem Siculus petierit. Et Siculus dedit ei multam pecuniam pro detrimento uestro, & Romani Imperij. Meum non est enarrare, quas Rogerius de Afris uictorias, atque Imperatore Græcorum Emanuele

Cistercienses Monachi in Sicilia ueniunt.

a lib. 4. ep. 54.

b epist. 207. & 208.

c l. 5. ep. 19.

d Otto Frising de rebus gestis Fris. Imp. l. 2. c. 20.

e idem l. 3.

refert illa Otto Fris. l. 1. c. 27. 28.

D

Con-

a Robert  
de Monte  
in appendi  
ce ad Sige-  
bertum.  
b Sum. Ne-  
ap. hist. l. 2.  
p. 16.  
c in vitain  
noc.

Panor-  
mus Si-  
cil. Me-  
tropolis  
d lib. 1. de  
gest. Frid. c.  
33.

e an. 1148  
inter scrip-  
tores Ger-  
manis ab  
Vestisio col-  
lectos.

f ex privi-  
legio. 1153  
regni 24.  
apud Nel-  
tranum fo.  
67.

g lib. 3. de  
Neap. f. 13  
h B. l. r. an-  
de ead. f. 71  
i Faz. l.  
Maurol.  
c. c.

k l. 1. f. 56.  
L. de reb.  
Neap. fol.  
824.

ll. 11. f. 893  
m de ead. vi  
de dntem  
Guardia f.  
7.

n l. 1. c. 63.  
o Faz. l.  
Mon. c. c.  
p. 1. f. 21.  
q. 10. c.  
Rell. f. 71.  
r. 1. f. 59.  
s. l. 1. f. 21.  
t. locolaud.

u ex chrō.  
v bene a  
pud carac.  
f. 322.

Conneno retulit<sup>a</sup>, qua de caussa addunt Io. Antonius Summon-  
tius<sup>b</sup>, Blond. & Platina<sup>c</sup>: à Romanis Pontificibus priuilegia, ac  
beneficia Rogerium fuisse consequutum; sed id quod facile obuium  
non sit, hic obiter dixerim; *Maxima scilicet præda direpta, eius mili-  
tes* ( vt loquitur Otto Frising. Episcopus<sup>d</sup> ) *opifites etiam, qui sericos  
pannos texere solent ob ignominiam Imperatoris illius, suisque principis glo-  
riam captiuos deducunt, quos Rogerius in Palermo Sicilia Metropoli collo-  
cans, artem illam texend: suos edocere præcepit: & exinde prædicta ars il-  
la prius à Græcis tantum inter Christianos habita, Romanis patere cœpit  
ingenijs.* Atque eadem narrat Fragmentum e historico in incerto au-  
ctore conscriptum: firmata tandem per priuilegium Regia, & Re-  
gni capite Panormo, anno 1150. VVilhelmum, defunctis reliquis  
ætate maioribus liberis, ad Regni consortium adsciuit Rogerius, re-  
gumque diadema illius capiti imponi voluit.

Rogerium Sicilia Regem, Apuliæ, atque ab anno 1136. Caietæ  
f Ducem, Cap. 12. Principē, plures duxisse vxores ex Romualdo Ar-  
chiepisc. Salernitano Regis consanguineo, ac illius æui auctore hau-  
riunt Scriptores. Capycius Latrog, nostrates historici<sup>b</sup>, & nos olim  
asserimus i tres tantum, Scipio tamen Mazella k quatuor; nunc  
autem censco quinque duxisse.

*De vxoribus, & filiis Regis Rogerii.*

1 *Filiam Petri Leonis, sororem Anacleti Pontificis vxorem duxit, &  
ab eodem coronatur, & regium stemma nunc gerit Rogerius de Tancredi-  
na progenie, scribit Ordoricus<sup>l</sup>.*

2 *Ayrolaud ex Marforum Comitum familia<sup>m</sup> procreatur, quam  
breui peremptam aiunt aliqui.*

3 *Albiram, siue Albediam Alphonfi VI. Castellæ, & Legionis Re-  
gis filiam, ex qua quatuor suscepisse liberos 1. Rogerium, 2. Ampbu-  
sium, quem falsò Alphonsum appellat Surita n. 3. & VVilhelmum, & 3.  
N. foeminam tradunt plures<sup>o</sup>, addunt malè Tancredum Bari, & Hæ-  
ricum Taranti Principes Capycius, & Beltrandus p. Hanc quidem  
Albiram ob plura eius promerita Rex maximo proferebatur amo-  
re, & post illius obitum 6. id. Feb. an. 1145. & in Panormitano Re-  
gio Sacello S. Mariæ Magdalentæ q, ( quod ipsa regina exædifica-  
uerat, dotaueratque ) sepulchrū maximo dolore affectus posuerat.*

*De Rogerio Regis Rogerij filio I.*

Rogerius iste primo loco natus cum apud Robertum Lecij Comi-  
tem adoleuisset, illius filiam malè adamauit, ex qua ( non Constā-  
tiā vt haud rectè scripsit Maurolycus<sup>r</sup> ) sed Tancredum, quem non  
bene filium Regis Rogerij putat Capycius s; & VVilhelmum genuit,  
quos per legitimas nuptias, dum morti propinquus decumberet,  
legitimasse perhibet Maurolycus t. Is iam à patre Rege Rogerio  
Apuliæ Dux anno 1130 constitutus, an. 1139. 6. Kal. Aug. decedē-  
te Sergio VI. Neapolis Duce, qui ab anno 1137. post bella multa  
Regi Rogerio se subiecerat, eodem Neapolitani ducatus titulo, quo  
se pater abdicauit, cohonestatur<sup>u</sup>. Panormi an. 1146. cum suis Dux  
sepultus est. Huius Rogerij duo supersites filij in aula regia Panor-  
mitana non sine magna patris Regis VVill. I. inuidia detinebā-  
tur; Tancredus natus maior Tarantino, ac materno Lecij comitatu

ab

Ann.  
Chri.  
1154

A 77  
Chri.  
1154

ab eodem Rege VWill. priuatur; dum exul apud Græcum Imper. verfaretur, à VWill. II. Rege confobririno honorificè reuocatus est. de *Tancredo* IV. Siciliae Rege ad an. 1190. infra erit sermo. *VVilhelmus* verò alter filius Ducis Rogerij ætate minor apud Græciam relegatus perijt a.

*De Amphuso Regis Rogerij filio II.*

*Amphusus*, seu *Anfulsus* anno 1135. eiectò Roberto II. Capuæ Principe, Capuanisque consentientibus, ab genitore Rogerio Capuanus denuuntiat Princeps b, & post fratris Rogerij obitum Neapolitanus Dux e. an. 1140. ad Abrutij expeditionem paterni exercitus militum ductor d. sine prole tamen Panormi ann. 1141. 6. id. Octob. obiit, & sepultus est ibidem.

*De VVilhelmo* tertio Regis genito, qui fuit II. Siciliae Rex, mox.

*De filia Regis Rogerij ex Albira uxore.*

N, quam *infantem puellam* dicit Capycius e, & *Constantiã* ex Albira matre malè Fazellus f, nupsit *Adamo Auenello Comiti*, Adelesie neptis Comitis Rogerij, ac *Raynaldi de Aquila Auenellæ Comitis* filio, qui ex ea *Regerium* nomine aui paterni tulit; cuius coronationi interfuit g. de hoc habes b: *Rogierius de Aquila Comes Auenelli consanguineus Regis VVil. I. ratione auie Adelesie*, & iterum *VVilhelmus Rex cum ceteros omnes Regno abegisset, soli Rogierio Auenelli Comiti consanguineo suo & ob ætatis defectum, & ob preces Adelesie auie illius, fugque confobririnæ pepercit.* adolescens Auenellus Rege confobririno recusante cum fore *VVilhelmi de Vanferuino* matrimonium contraxit, quare eius sponsam, & sponsæ matrem nomine Phænicem in castro suo *Montus-Arcani* captas, carceri Panormitano Rex mancipauit; Auenellus verò Romam aufugit i. fuit etiam iste *Rogierius Comes Fuldanus*, (& meritò de stirpe Northmannæ originem trahere testatur *Dux Guardic* k) & in Sicilia reuersus, in conspiratione aduersus Maionem pro libertate Regia præualuit l, pietate insignis Prioratum S. Ioannis Messanæ prædijs auxit m, & in suo Comitatu Policensi Siciliae cõmendam eiusdem hierosol. religionis fundauit n. An istius Rogierij fuerit filius L. cui PP. Innocentius III. scribit sic: *nobili o viro L. de Aquila Comiti Fundano. Quod in obsequio, & fidelitate incluz & record. Constantiæ Imperatricis perstitisti. &c.* mihi non constat.

*De Regis Rogerij uxore IV. Sybilis.*

4 *Sybiliam*, siue *Sybillam* Burgundiæ Ducis sororem germanam, ductam fuisse à Rogerio Rege, & non multos post annos è vitis sine prole Salerni sublatam, & in marmoreo sepulchro ædis S. Trinitatis de Caia sitam, hoc epitaphium testatur p.

*In hoc tumulo iacet corpus Reginae Sybilis uxoris quondam Rogerij Siciliae Regis.*

*De Regis Rogerij uxore V. Beatrice, & filia eius.*

Cum *Beatrice* Comitis Reteitenensis sorore\* Rogerius Rex, filijs Rogerio, & Amphuso natu maioribus iam emortuis, ne in vno VVilhelmo hærede familiæ spes resideret, anno sal. 1153. ætatis suæ ann. 58. nuptias celebrauit, *Constantiam posthumam* in lucè illa edidit, q quam *Reginam Sicilia*, & *Imperatricem* fuisse mox dicemus.

Ex nobilibus pellicibus Rogerium Regem tres habuisse liberos

D 2 lego,

a Fazel fo.  
456. Capycius 1. 3. fo. 150.

b ex eod. Capyc. 1. 3. fo. 25. & Belt. f. 59.  
c ex Belt. f. 63.  
d ex capyc. f. 43.  
e fol. 55.  
f fol. 444.  
g nos supra

h Capyc. 1. 1. f. 14. 25. 26.  
i L. 1. f. 24. 25. 100. Fa. 2. f. 459.  
j Capyc. fol. 105.

k f. 135. c. 186.

l ex eod. fo. 145.

m nos li. 3. f. 625.

n ubi f. 174.

o ex ep. tu. nos. 3. li. 1. f. 325.

p apud Capyc. 1. fol. 55. 57.

q filia teste Beltrano f. 71.

r Baron a 2. m. 1186 n.

s Capyc. Beltrano fo. 71. & malè Maur 13 f. 99. l. ueris Rogerii ex filii Rober ti Comitis Lecenis primogenitam.

t De filijs nohis Regis Rogerij.

u

v

w

x

y

z

aa

ab

ac

ad

ae

af

ag

ah

ai

aj

ak

al

dec. 2. l. 7. c.  
 4. Capyc. 1  
 2. f. 60. 64.  
 97.  
 b ex isdem  
 e de hoc co  
 misatu dux  
 guardia f.  
 199. F. Ro  
 gerius de  
 Molini  
 sub PP. A  
 lex. III. Ma  
 gister ord.  
 hic rosel.  
 a de hac Ro  
 neis. fami.  
 Roger ann.  
 1091. 1095  
 l. 1. f. 106. l.  
 2. f. 11. Rg  
 diuphus do  
 minus Car  
 nis. 1094  
 l. 3. f. 387.  
 387. Rich  
 & Tolesm.  
 fratres an  
 1097. l. 3 f  
 273. Vm  
 fredus 49.  
 1129 inco  
 ronatus Rog.  
 VVillemus  
 dominus  
 Prizi. & c.  
 l. 1. fo. 273.  
 & 389 no  
 nissime dux  
 guardia a  
 git fo. 185.  
 303. 304.  
 e ex Faz. f.  
 452. 460.  
 & 495. Ca  
 pycol l. 1. f.  
 60. 85. &  
 103.  
 fex Rom.  
 apud Bar.  
 ann 1150  
 num. 4. ex  
 M. an. ol. i.  
 3. f. 69. ma  
 is an 1164  
 post a. 1167  
 Obit &  
 sepul. Re  
 gi Rog  
 i<sup>o</sup> succ.  
 tionis.  
 coron.  
 g. an. 1154  
 num. 4.

lego, videlicet

*Simonem*, cui genitor principatum Taranti ex testamento legauit; quo tamen VVilhelmus germanus frater Regem agens; eū & dato Policastri comitatu priuauit: hinc aduersus VVilhelmum hunc, eiusque Amiratū Maionē exorta sunt o liaa. Maione, cuius opera Rex maxime vtebatur, instigante Simon in carcerem detrusus interijt, filio *Rogerto Sclauo* relicto, qui *Buterium*, & *Platiam* oppida, quæ pater Simon antè oppugnauerat, occupauit b.

*Clementiam*, quam Catanzarij Comitissam, post primi viri Hugonis de Melino Molisij Comitis e obitum, Matthæus Bonellus d genere Siculus, nobilitate insignis, Caccabi, & aliorum oppidorum dominus desponsæ Maionis filix nuptijs ob eius ignobilitatem abhorrens, in matrimonio copulari postulauit: sed eiusdem Maionis hortatu VVilhelmus Rex *Clementiam* hanc sororem, illiusque matrem, maternos quoque auuculos Alpherium, & Thomam euerfo illorū oppido Taberna, Panormitano m ancipauit carceri, Alpherium ibidem, & Thomam *Messanæ* supplicio addixit e.

N, quam Margarita VVilhelmi I. Regis vxor fratri notho *Henrico* cum Comitatu Montis-Scagioli vxorem tradidit.

*Rogertius Rex* plures sacras ædes, præter eas in Regno Neapolitano, in Siculo inigni opere Episcopalem Cephalædensem, celeberrimam S. Petri in regio Panor. Palatio, ibi benedictinam sub titulo S. Ioannis de Eremitis, atque Basiliensem S. Georgij, erexit, & *Messanæ* Archid. indritalem S. Saluatoris multis etiam diuitijs cumulauit. Obijt tandem an. sal. 1154. 4. Kal. Maij ind. 12. ætatis suæ an. 59. Regni verò 24 satque in Cathedrali Panormitano sepelitur porphyretico tumulo, his versibus adiectis.

*Si factus homines, si Regna, & stemmata ludant*

*Non legum, & recti si: norma Rogerius i ffris*

*Est lusuf rebus, Comite à cognomine natus:*

*Virtutum hic splendor s: sius est, diademaque Regum.*

*Vix. an. 59. Regni 24. obiit 1154.*

In suscriptione hoc gemino epitheto vtebatur. *Rogertius in Cbristopius, Potens Rex, Cbristianorum adiutor. altero. Apulus, & Calaber, Siculus miseruit, & Afer.*

*De VVilhelmo I. Sicilia Rege II.*

VVILLELMVS superstes Rogerij Regis filius, & hæres ab ann. 1144. Capuæ Princeps, ann. 1150. ad Regni gubernacula simul cum patre ( vt suprâ diximus ) sedere cæperat. cui cognomen *Mali* dederunt mores, solemniori tamen ritu in Panormitano s. Mariæ *Incoronate* Sacello. anno 1154. die festo Paschatis coronam suscepit regiam ab Archiepis. Panor. Hugone, vt in diplomate anni 1159. bideam testatur Rex: *Sancam Panormitanam Ecclesiam quadam specialiter prouogari intra nostris peçtoris claustra præcipua dilectione gestamus: tum quia & Regij diadematis nostri primitias in IPSA, & AB IPSA suscepimus, tum quia in eius veneranda sede residentem HVGONEM Sicilia venerabilem Panor. Arch. ep. diligimus.*

Adeo verò constanter regis nomen ille retinuit, vt quod narrat Romualdi Chronicon apud Baronium s, cum Henricum Cardinalem ad

Ann.  
 Cbri.  
 1154

Anno  
 1154  
 Rex  
 Sicil.  
 Vul.

Ann.  
Chr.  
1154

ad eum misisset legatum Hadrianus Papa, ac in litteris non Regem, sed dominum Siciliae nuncupasset, Legato aures dare ille noluerit, sed ut Romam rediret, edixerit. VVilhelmum hunc Rogerio haud inferiorem, & victoriarum successorem dicit Sigembertus Gemblacensis Ecclesiae communionem anno 1155. VVilhelmum interdixit Hadrianus PP. quod iura S. R. E. violaret, ac nonnullos regni primores, vtrumque Imperatorem, Romanum scilicet, & Constantinopolitanum aduersus illum Pontifex excitabat: VVilhelmus verò per electum Catinensis Ecclesiae cum aliquot primarijs viris pacem ab Hadriano propositis conditionibus, quae honeste ipsi Pontifici dicuntur in actis Hadriani, quamquam alijs fecus videantur, exorauit. Has legere proderit in ipsius Regis diplomate quod est in bibliotheca Vaticana, quia facit ad rem meam, hic exscribere non pigebit,

1156

**IN NOMINE DEI AETERNI, & Saluatoris nostri IESU Christi. Amen.**

*Domino Hadriano Dei gratia S. R. E. Summo Pontifici charissimo domino, & patri nostro reuerendo; eiusque successoribus VVilhelmus eadem gratia Rex Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae.*

*Nostre semper consuetudinis extitit, animum nostrum in triumphis, & maximis humiliate successibus, & tunc nos attentius ad omnipotentis Dei obsequium, & cultum mansuetudinis exponere, cum ad maiorem prosperitatem, & gloriam nos vidimus peruenire: tales in tranquillis, & prosperis rebus erga nostri Redemptoris obsequium inueniri volentes, ut perceptorum a Rege omnium Regum beneficiorum non appareamus ingrati, & maiores successus, atque victorias de brachio virtutis Dei iugiter sperare possimus. Huius quidem nostrae consuetudinis consideratione inducti, celsi, & comprehensi in manu bellica ad laudem, & gloriam nominis Dei Graecis, & Barbaris nationibus, qua regnum nostrum nulla eorum vi, sed proditorum nostrorum dolosa intrauerant, deuersis, & fugatis de finibus regni nostri turbatoribus pacis, & proditoribus nostris, humiliandos nos sub omnipotenti manu Dei decreuimus, & ad cultum humilitatis propensius intendendum.*

*Discerdijis igitur illis, qua inter Romanam Ecclesiam fuerant agitata, fratem congruum imponere cupientes: cum appropinquauissemus ciuitati Beneuenti, & inimici nostri ante faciem indignationis nostrae fuissent, venerabiles Cardinales vestros Hubaldum tituli Sanctae Praxedis, & Iulium tituli Sancti Marcelli Praebiteros Cardinales, & cum eis Rolandum tituli Sancti Marci Praebiterum Cardinalem, & Cancellarium vestrum, quos ad nostram praesentiam direxistis, eo quo decuit honore suscepimus, & desiderium, ac monita vestra de bono pacis ex ore ipsorum libenti animo audientes, ipsis, & Maione magno Ammirato Ammiratorum dilecto fratri, & familiari nostro, & Hugone Panormitano, & Romualdo Salernitano venerabilibus Archiepiscopis, & VVilhelmo Calano Episcopo, & Marino Cauensis Abbate fidelibus nostris mediantibus, in hunc vobiscum per eos pacis deuenimus concordiaeque tenorem, videlicet ut de capitulis illis, de quibus inter Maiestatem vestram, & nos controuersa vertebatur, quod subscriptum est, obseruetur.*

*De appellationibus quidem ita. Si aliquis clericus in Apulia, & Calabria-*

a VVilhel.  
Tyrius lib. 8  
cap. 2. & 8.  
chronicon.  
monasterij  
fossa nena  
apud Haro.  
n. 3. & seq.  
b apud Ba  
ran. ann.  
1156. n. 1.  
& seq.

Vuillel.  
Regis  
litterae  
ad Hadrianū  
PP.

bris, & alijs terris, que Apulia sunt affines, aduersus alium clericum de causis ecclesiasticis querelam habuerit, & à Capitulo, aut Episcopo, vel Archiepiscopo suo, seu alia ecclesiastica persona sua provincia non poterit emendari. liberè tunc si voluerit, ad Ecclesiam Romanam appelles. Translationes in ecclesijs fient, si necessitas, aut vtilitas ecclesie aliquem de vna ecclesia ad aliam vocauerit; & vos, aut vestri successores concedere volueritis. Consecrationes, & visitationes liberè Romana Ecclesia faciet Apulia, vel Calabria ciuitatum, ut voluerit, aut illarum partium, que Apulia sunt affines, ciuitatibus illis exceptis, in quibus persona nostra, vel nostrorumque heredum in illo tempore fuerit, remoto malo ingenio, nisi cum voluntate nostra, nostrorumque heredum. In Apulia, & Calabria, & partibus illis, que Apulia sunt affines, Romana Ecclesia liberè legationes habebit. Illi tamen, qui ad hoc à Romana Ecclesia fuerint delegati, possessiones ecclesie non deiciant. In Sicilia quoque Romana Ecclesia consecrationes, & visitationes habeat, & si de Sicilia personas aliquas ecclesiasticis ordinis vocauerit magnificientia nostra, nostrorumque heredum pro Christianitate faciendâ, vel pro suscipienda corona, remoto malo ingenio, retineat quas prouiderit retinendas. Cetera quoque ibidem habebit Romana Ecclesia, que habet in alijs partibus regni nostri, excepta appellatione, & legatione, que nisi ad petitionem nostram, & heredum nostrorum, ibi non fient. De ecclesijs, & monasterijs terra nostre, de quibus Romana Ecclesia questio mota fuit. sic fiat: Vos quidem, & vestri successores in eis habebitis eas, que in ceteris ecclesijs, que sub nostra potestate consistunt, solita sunt accipi consecrationes, & benedictiones à Romana Ecclesia; & debitas inuper, & statuto ei censu exsoluent. De electionibus quidem ita fiat. Clerici conueniant in personam idoneam, & illud inter se secretum habebant, donec personam illam excellentis nostre pronuntiant, & postquam persona celsitudini nostre fuerit designata, si persona illa de proditoribus, aut inimicis nostris, vel heredum nostrorum non fuerit, aut magnificentiæ nostre non extiterit odiosa, vel aliam eam causa non fuerit, pro qua non debemus assensire, assensum prestabimus.

Profecto vos nobis, & Rogerio Duci filio nostro, & heredibus nostris, qui in regnum pro voluntaria ordinatione nostra successerint, concedetis regnum Sicilia, Ducatum Apulie, Principatum Capue cum omnibus pertinentijs suis, Neapolim, & Salernum, & Malpnam cum pertinentijs suis, Maritiam, & alia que ultra Mariscam debemus habere, & reliqua venientia, que tenemus à predecessoribus nostris hominibus sacrosanctæ Romanæ Ecclesie iure detenta, & contra omnes homines adiuuabitur honorifice manutene. Pro quibus omnibus vobis, vestrisque successoribus, & S. R. E. fidelitate iurauimus, & vobis legiam homagium fecimus, sicut continetur in duobus similibus Capitularibus, quorum alterum penes vestram maiestatem sigillo nostro auro, alterum verò sigillo vestro signatum penes nos habetur. Et censum sexcentorum scabifatorum de Apulia, & Calabria, quingentorum verò de Marchia, vel æquiualens in auro, vel argento nos, ac nostros heredes Romanæ Ecclesie statimus annis singulis soluturos, nisi forte impedimentum aliquid intercesserit, quo cessante, census ex integro persoluetur. Omnia verò prædicta, que nobis concessistis, sicut nobis, ita etiam, & heredibus nostris concedetis, quos pro voluntaria ordinatione nostra statuerimus, qui sicut nos vobis, vestrisque successoribus, & Ecclesia

Anno.  
Chr.  
1156

Electio  
nes Pre  
siliū Si  
cilias  
quomō  
siebant  
olim.

Anno  
Cbrī  
1156

*clisq; Romane si lelitatem facere, & quę prescripta sunt, voluerint obseruare. Vt autem quę supradicta sunt, tam vestro, quàm vestrorum successorum tempore obtineant perpetuam firmitatem, nec nostris, aut nostro rum heredum temporibus alicuius valeant presumptione turbari: presens scriptum per manus Matthei nostri notarij scribi, ac bulla aurea nostro Typario impressa insigniri, ac nostro signaculo decorari iussimus. Datum ante Beneuentum per manus Matonis magni Ammirati Ammiratorum, anno Dominiq; Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto, mense Iunij, 4. Indiç. anno verò regni domini Vuillemi Dei gratia magnifici, & gloriosissimi Regis Sicilię, Ducatus Apulię, & Principatus Capuę sexto feliciter. Amen.*

Confirmavit hæc omnia suo item diplomate Hadrianus, quod affert Baronius. Postmodum excitatis inter Fridericum I. Cæsarem cognomento *Barbarossam*, & Alex. III. Rom. Pont. bellorum procellis, Pontificem ab vrbe fugam meditantem, VVilhelmus Rex suisis triremibus è Terracina in Franciam deduxit, & cum idem Alexander postea Franciæ, & Angliæ Regum conilio Romam rediret, Messanam nauigio delatus, in domo hospitali S. Ioan Hieros. diuersatus est anno 1165, quo anno Nicolaus Episcopus Messanen. nouum Archiepiscopi honorem pertulit *ex Bulla dat. Messanę apud domum Hosp. S. Io. Hieros. b Regis precibus*, qui adoratum, magnoque plausu exceptum Alexandrum cum suorum Regnorum confirmationem exorasset, incolumem suis cum triremibus reduxit.

*De uxore, filijque VVillelmi I. Regis.*

Ex *Margarita Garzię Ramirez Nauarre Regis filia, Sancijque iunioris sorore* e ab an. 1150 vxore ducta suscepit filios VVilhelmus Rex 1. *Rogerium*. post *Robertū* addit *Beltranus d Principem Capuę* electum anno 1158. ab VVill. patre, postmodum semper Reges Siculi *Principū Capuę* titulum retinere. Sed de hoc Roberto nusquam fieri mentionem inuenio, fides ergo apud *Beltrandum* sit. 2. *VVilhelmum*, secundo loco an. 1153. exortum, de quo, vti III. nostro Rege post erit sermo, atque 3. *Henricum*.

*Rogerus* ergo primogenitus an. 1152. fuit VVillelmi I. à quo an. 1156. Apuliæ Dux constituitur, eumque nouennem ferè puerum plerique è magnatibus rati id populo gratissimum fore, si VVillermo patri ob scelera sublato filium substituerent, ab arce regia eductum per urbem equo insidentem circuducunt, & Regem comuni populi consensu coronandum conclamabant. Sed paulò post *Rogerus*, dum ad inspiciendos eos, qui palatium regium obsidebant, per fenestram Pisanæ turris incauto prospectu caput exerit, sagitta à *Dario* hostiario percussus est, leui tamē vulnere: interijt tādē puer patris irati pede ictus an. 1161. e & in *Montereg. cōdit<sup>o</sup>* est.

*Henricus* verò tertio loco an 1159. natus à patre obeunte Princeps Capuę institutus, miles quidem strenuus Comitē Robertum d. Bassauilla cognatum suum ex Apulia occupata fugauit, tot puer ætatis annorum 13. laboribus affectus, ibidem ægrotauit, & Panormum rediens an. sal. 1171. morte deletus est, eiusque corpus cum illo *Rogeri* patris consepultum est. Lego apud *Ordor. f. 197.* quòd *Henricus fr. Vuill. Regis, vt legaliter viueret venerab. filiam Malcomi Regis Scot. a. & Margaritæ duxit.*

Ad

4 ex Romæ  
lib. 2. Arc.  
Salern. ann.  
1165.  
h ex Anto  
nino de A  
mico de  
prior S. to  
an Mes. f.  
7. & nos. l.  
1 f 317.  
e Surita.  
d f 60. &  
71.

e Fazels. fe.  
458. M. u  
rol. 1. 3. fol.  
103.

f ex ebran  
Notib filij  
198. ap. 10  
Caca. fo  
144 M. 50  
rol. 1. f.  
3. an. 17.

Anno  
Chr.  
1066

At horum genitorem VVilhelmum Regem redeo. is inter catera mala, etiam præcipua, ac nobiliora Regni oppida, præter Episcopalia, *Ciuitatum, ac urbium* honorificis titulis priuauit; tandem discenteria morbo absumptus est. Morti propinquus plerosque & Carcere educi, noua uexigalia Apulia penitus aboleri, atque *40m. Sterlingorum Ioanni Neapolitano Cardinali dari ad usum domini Pape* præcepit. Testamento VVilhelmum filium superstitem post se Regem edixit, Henrico natu minimo alteri filio Principatum Capue dedit, Margaritam uero uxorem totius Regni administratricem, quousque VVilhelmus per ætatem aptus esset, imperio constituit. His ita dispositis decessit. æt. ann. 46. sal. 1166. 15. maij, regni uero 15. mæn. 2. & diebus 3. Illius cadauer è Regio Panormitano Sacello S. Petri ad Cathedrale Monte-regalense post aliquot annos Margaritæ Reginæ imperio delatum est, & porphyritico sepulchro hoc est inscriptum epitaphium.

*Hic tua Rogeri \* Dux, quondam tempore patris  
Ossa tenet tumulus, tumulo contermina matris  
Vndecies centum decies sex, his magis anno  
Nigrans post Christum natū sub Herode Tyranno  
Iungeris hic fratri Princeps Henrice \* sepultus;  
Quem tibi iunxit amor, eademque modestia cultus  
Mille decem decies, decies septem datus annus  
Te tollit postquam carnem pius induit agnus  
Det requiem natis, & matri Rex pietatis  
Teque beat satis Rex unica spes tribulatis  
Rex, cui larga datis manus erogat omnia gratis  
Rebus honestatis Rex VV. \* beatis.*

## De VVillel. II. Sicilia Rege III. ex Northm.

VVILLELMVS II. a moribus cognomentum Boni traxit. Regno, ille ætatis suæ an. 14. sub matris Reginæ Margaritæ tutela ex genitoris testamento successit, & ingenti plebis gaudio, faustisq; acclamationibus Præsulum, Baronūque omnium, more aui, atque patris in Panormitana æde ab Romualdo Guarna consanguineo Salernitano Archiep. tunc Panormitano post Hugonis obitum electo, æn. 1166. mense maio regium suscepit diadema. ideoque Panormum *Ibronium, & Solium nostræ Maiestatis* appellat, & Vbho Emimius ait: *At posterius præso nomine Messanæ resūpto, minatis sensim opibus Syracusanis, ipsa augetens in Sicilia urbibus adbus usque tempus post Panormum SEDEM REGIAM, & PRINCIPEM, locum tenet idem post h: Harum Siciliæ Urbium præcipua Panormus, clara olim, sed temporibus posteris multò clarior, diu Regum Siciliæ Sedes, atque etiam nunc totius Regni Caput, amplitudine, splendore, opibus reliquas omnes superas.* Hac in VVillelmi celeberrima coronatione, eius mater Regina *Richardam Madrensem, Rogerium eius Richardi filium, Bertrandum Comitii Grauinensis filium, Richardum de Sagio, Hugonem Rupsfortem consanguineum, & alios tres ad Comitatus dignitatem extulit.*

Ex actis PP. Alexandri III. narrat Baronijs duas ad Pontificem *uireres cum pecunia VVilhelmum misisse, ut è periculo, quod illi Friedricus*

1166  
III.  
Rex  
Sicil.  
Vuill.  
II.

a ex quoda  
dipl. ciuit.  
Leont ann.  
1391. Proj  
tonot.  
b ex lo Sa  
uerberisfi.  
epist ad li  
pisc exoni  
conferu.  
c ex Baro.  
ad cū ann.  
d ex  
Gale. et.  
n. 46. re  
qui 14.  
obitus,  
e sepul.  
Vuill. I  
Regis.  
f primus fi  
lus obiit  
an 1161.  
g tertius fi  
lius obiit  
an 1171.  
h VVilhelm.  
sa so 3. di  
it Torna  
rentis.  
i inde Hu  
go a Fale.  
qui ius ge  
las sic pro  
equ ur.  
j success  
ionis.  
k Capre. d. 3  
111. &  
119.  
l in priuil.  
uel Pan.  
124.  
m de Grecia  
reter. l. 7.  
n. 1. de  
relyta ur.  
o Pan.  
ibid pag.  
32.  
p ex eodem  
ale f. 129  
q ad com.  
167. n. 3.  
legū St  
ilia ob  
equia i  
cel. Ro  
nanam



Ann.  
Chr.  
1166

*ricus Imperator Barbaruffa obfidiōe perfida intentabat, eriperet. in super quod Ioannes a Neapolitanus Cardinalis legatus venit ab Alex. ad VVilhelmum, ut electi Epifcopo Romam ille mitteret consecrandos, atque ad cauffam Electi Syracufani \* cognofcendam. Sed cum fapiffime Roma Panormum fe conferret Cardinalis, atque frequentes lucri cauffa legationes in Siciliam exoraret, acre in illum fomma à pluribus poftèa cum rifu vfurpatum fcurra contorfis: Viginti tantum paffuum millia Roma Panormum numerare Cardinalem. quod dictum plurimā Ioanni conciliauit inuidiam.*

Margarita b Regina ab Rothomagenfi Archiep. aunculo, vt è confanguineis quempiam mitteret ad VVillemi pueri institutionem in literis, ac pietate efflagitauit. tranfmittit ille Petrum Blefenfem \*. Sed cum in magifterio VVillemi verfaretur, turbis, & coniuratione plurimorum f de his filiis noftros, & Neapolitani jibi vehementer timens, exceffit è Sicilia, neque vllis vel electi precibus, quin abiret, vel promiffis allici vnquam potuit. Abiectis libris tunc VVilhelmum fe ad otium contuliffe palatinum, ait idem Blefenfis c; qui fapè in fuis epiftolis in VVilhelmum Regem inuehitur, & fcriptis commentarium de inftitutione Epifcopi aduerfus Siculos Antifites, qui ad obfequium Regis neglecto fuo grege verferentur in Palatio: nam ij, fi vera narrat Richardus Archiep. Cantuarienfis d in litteris ad Alexan. Pontif. fcriptis per Petrum Blefenfem, per feptennium, vel etiam decem annis ab curia non recedebant.

Acciuit etiam è Gallis Regina Srephanum Comitis Particenfis filium confobripum fuum ætate adolefcentem, eumque mox Cancellarium Regni inftituit, poft ab Romualdo Archiep. Salernitano ad Diaconatum ordinem promotum, Archiepifcopum Panormi à clericis, Populoque vrbs ( Guillelmo Cardinali Papienfis ibi degente, remis probante ) eligendum curauit e; fed aduerfa ætus fortuna è Sicilia foluens in Syriam transfretauit, vbi magna affectus mæftitia an. 1170. è viujs exceffit, & in Ierofolimitano Domini templo honorificè conditus eft f. Huc etiam transmeauit cum vxore, & filio Betrando Andriæ Comite Gilbertus alius Regine confanguineus, quem ipfa & Grauinæ Comitatus titulo, & Regni totius administratione cohonestauerat g. Ex Hispania verò Rodoricum vulgò Henricum nuncupatum, ex patre Nauarræ Rege nothum fratrem cocouit, eique Montis Cauiofi Comitatum cum oppidis fuis, vt Comes Goffridus poffederat, & filiam Regis Rogerij notham vxorem ( vt fupra diximus ) tribuit b. Pietate, & religione illuiftris Regina Margarita cœnobium ordinis D. Benedicti non longè ab oppido Maniace, atque iterum alterum, fed monialium domicilium iuxta S. Marcum oppidum fub tit. S. Saluatoris erexit. anno falut. 1183. die 1. angufti, ætæ fux an. 33. Panormi fuos claufit dies. cuius poftmodum corpus in templum celeberrimum Montis regalis trãflatum, & in augufto fepulchro claufum eft, hac adiecta infcriptione.

*Hic Regina iaces regalibus edita cunis,  
Margarita, tibi nomen quod mrisibus vnis,  
Regia progenies, per Reges ducta propago  
Vxor Regis eras, & nobilitatis imago*

E

Si

a ad eund.  
ann. n. 70.  
\* Richardi.

b Bar. l. c.  
n. 72.

\* hic fuit  
Archidia.  
eaci. Batio-  
menfis An-  
glie electio-  
nem Arch.  
Neap. recu-  
fauit: eius  
opera bo-  
ne funt: ce-  
lebrissima.  
c ex eod.  
Rejen ep.  
66. 590.  
d apud Ba-  
ron 16. 12.  
an. 1176.  
n. 30.

e nos infra  
f. 121.

f ex Gmll.  
Archiep.  
Tyri.

g Fazell. fo.  
464. 465.  
466. Ca-  
pyc. fol. 83.  
121. 134.

b Cypre. f.  
118.  
i nos lib. 1.  
not. 2. f. 317  
Obitus,  
& fepul-  
chrum  
Reginæ  
p. arg.

*Sit taceam, quibus ipsa replex praeconia, mundum  
Regem V. satis est peperisse secundum,  
Vndecies centum, decies octo, tribus annis \*  
Post hominem Christum migrans necis eruta damnis  
Lux ea, quae populis dant Petri festina catena  
Hic te de nebulis tuis ad loca lucis amana.*

Quam egregie praeterea Alexandri, Pontificis gratiam promeritus sit VVilhelmus noster, siue cum Romae ille premeretur Imperatoris obsidione, siue cum Venetias se contulit, ut ibi in eo congressu cum Friderico exitum tot mala, quae per Italiam grassabantur, inuenirent, lege apud Baronium a; mea enarrare non refert, inuuisse tamen proderit. inde auctoritate eiusdem Pontificis inacta est inter Imper. & Regem pax, ut legere est in Archiep. Salernitani chronico his verbis: *In nomine Dei patris, & filij, & Spiritus sancti. Amen. Nos Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus, & Henricus Rex filius noster interuentu venerabilis patris nostri Alexandri Dei gratia Summi Pont. & fratrum suorum Cardinalium pro parte nostra. & bare dum nostrorum pacificamur vobiscum domine VVilhelme eadem gratia illustris Rex Sicilia, &c. anno dominice incarnationis 1177. mense aug. 10. ind. Ceterum nec militaris laus deneganda VVilkelmo, qui, ut pluribus Nicetas b profequitur, comparata classe Dyrrachium, & Thessalonicam expugnauit; ea vero res adeo flammam inter Latinos, & Graecos excitauit inuidiae, ut idem Nicetas scripserit: *tanto discordia vallo inuicem dirempti sumus, ut ullo modo animi coniungerentur, & scorporibus coniuncti in iisdem adibus habitemus. Sed non minora postea ab Graecis damna perpeffi sunt Siculi.**

*De VXORE VVilhelmi II.*

Rex nec Emanuelis Graeci Imper. filiam Iuramutriam nomine, nec Friderici I. Romanorum Imper. gnatam ducere voluit, quod foedus, amicitiamque cum Ecclesiae hostibus execraretur. duxit vero Ioannam Henrici Regis Angliae minorem filiam de Alexandri Pont. consilio, intercedentibus nuntijs Elia Troyae, Arnulpho Capacij Episcopus, & Florio de Camarota Iustituario; quam 25. trimum classe Alphanus Archiep. Capuanus, Richardus Electus Syracusanus; & Comes Robertus de Calerta c honorifice Neapolim primus, inde Panormum exportarunt; ibi an. 1177. mense Feb. in regio Sacello S. Petri inito matrimonio coniugem Regia corona exornauit d, & uti narratur in additionibus Ioannis Abbatis ad Chronicon Sigisberti: *in dotaltium ei concessit Ciuitatem Montis Sancti Angeli, ciuitatem Vasta cum omnibus iustis tenementis suis, & pertinentijs eorum, in seruitio autem concedimus ei de tenementis Comitum Gualfridi, Alifanae, Pefcbiam, Birum, Caprice, Baranum, Selicum, & omnia alia, quae idem Comes honore eiusdem Comitatus Montis Sancti Angeli tenere dignoscitur.*

VVilhelm<sup>9</sup> Rex tot victorijs, & Imperij felicitate auctus, ita appellatur in quodam priuilegio: *anno Regis domini nostri Serenissimi VVilhelmi Sicilia, & Italia gloriosissimi Regis 17. Jul. an. 1183.* Sed Ingoriū quod ei Ioanna coniux nullam peperisset sobolem dicit Ricchardus de Sancto-germano illius aui verax Scriptor: *Is, ait, per quem Reges*

\* 1183.

ibid. n. 1.  
v. 2.pax vuil  
lelm. cu  
Imper.  
Frid. I.b in Andr.  
apud Bar.  
an. 1183. n.  
12.e ex Remm.  
apud Bar.  
an. 1176.  
n. 1. & 2.  
d nos infra  
in not Pa.  
ad a. 1177.  
f. 126.e apud Me  
naji. S. So  
pbia de Be  
neuenio fo  
78.  
fn. 5. apud  
me.Ann.  
Cברי.  
1167V. uill.  
II rex  
solus.

1177

Ann. Cbr. 1177 Reges regnant, & Principes dominantur, fecit Guillelmum II. praecunctis terrae Regibus gloriosum; in hoc tamen inglorium illum reddidit, qui eū prolis negatione multauit, conclusi enim uterum consortis illius, ut non pareret, vel conciperet filium, & ne relinqueret sui superstitem super terram: post erat ipsi Regi amica quadam CONSTANTIA in Palatio Panormitano, quam idem Rex de consilio Archiepiscopi Panormitani Gualterij Henrico Alemannorum Regi filio Frederici Romanorum Imperatoris in coniugem tradidit; quo etiam procurante factum est: ut ad Regis illius mādatum omnes Regni Comites sacramentum praeisterint in Troya Apulie<sup>a</sup>, quod si Regem ipsum absque liberis mori contingerit, à modo de facto Regi tamquam fideles ipsius amice tenerentur, & dicto Regi Alemania viro eius.

1183 VVilhelmus christianae religioni, pietatique addictus cum adolefcere cepisset, patris thesauris in arce repertis ad sacras erigendas, ditandaque ades totus incubuit, & in Monteregeali iuxta Panormū Regiam urbem templum musuo opere; totius orbis celeberrimū, & benedictinum cænobium Diuæ Mariæ dicauit, & instigante Mathæo norario<sup>b</sup> in Gualterij Archiepiscopi Panormitani odium, illud Archiepiscopali exornandum dignitate, à Lucio III. PP. apud Velletram agente exorauit, cum quo ad Monte-Cassinum pergens<sup>c</sup> anno 1183 ea de re est allocutus. eo quoque anno eiusdem Regis auxilio Gualterius Panor. Archiep. templum Panormi maximum, & Cænobium Sancti Spiritus Cisterciensis ordinis condidit. Post Constantiæ amicitiam cum Henrico nuptias, quam in tabulis testamenti hæredem Regni constituerat ob prolis propria defectu, anno sal. 1189. 16. nouemb. ætat. an. 36. regni<sup>23</sup> à Panormi mortem obiuit; eius cadaver è cathedrali templo ad Monteregealense, quod ipse morti propinquus decreuerat, exportatum est. ab an. 1587. hac inscriptione iacet in marmoreo tumulo à Ludouico II. de Torres Archiep. Monterege. excitato.

Guillelmo II. cognomento Bono Regi Sicilia, qui vixit ann. 36. templū hoc Virgini Dei genitrici statuit, cænobium illi coniunctum extruxit, magnificētissimis donis, & veligalibus ditauit; Montem regalem à Lucio III. Pont. Max. Metropolim constituendam curauit. Siciliam tributis leuauit. Pacis, & iustitiae cultor fuit. Vt iustissima, sic ex sententia semper bella confecit. Sanctam sedem Apost. contra eius hostes omni op<sup>e</sup>, & consilio iuuit. Obijt anno sal. M. C. XXCIX.

Vidua tunc Ioanna Regina, à fratre Richardo Anglorum Rege, qui Messanā appulerat, vbi ait Rogerius<sup>e</sup>: dum moram trahit, fecit omnes nauigij sui naues duci in terram, & eas refici: nam multa earum per corrosiōnem vermium deteriorata erant; sunt enim in flauio del Ear vermes graciles, qui in lingua illa vocantur Beom, quorum cibus est omne genus ligni, &c. Non modica tunc inter Anglos, & Messanenſes contentiones existētes. cum dote sibi à Tancredo reddita, ipsidem triremibus vecta, Pholomaidam ad castra profecta est.

De Tancredo Sicilia Rege ex Northm. IV.

TANCREDV M Leccij Comitem ex nobili pellice Roberti Leccensis Comitis filia à Rogerio Apulie Duce, Rogerij Regis primo genito progenitum testatur Hugo Falcandus his verbis: filij quoque

1190  
IV. Si  
cilia  
Rex  
Tacr.

E 2 Du

a apud Ca-  
raccrol. fol.  
145. &  
110.

b ex Capye.  
l. 3. fo. 130

c apud Ca-  
racc. l. c.

d Mauroli.  
l. 3. f. 112.  
et an. 37.  
de VP. e.  
legans en-  
contium  
scripsit  
Rheynus  
Archiep.  
Obitus,  
& sepul.  
VVill-  
II. Reg.

e in annal.  
Anglor. an.  
1189.

\* legerē  
urom

f Faze'l.  
dec. 117.  
c. 6f. 471.

a Pandul.  
Collen in  
chron.  
neap. Mau-  
roi l. 3. fol.  
99. capyc.  
l. 4. f. 66.  
Beltran f.  
72. sed ma-  
le Faq. fol.  
470 ex pel-  
lice Regis  
Roger. &  
alij ex Vul-  
lema l.  
b apud nos  
integrum  
leges l. 3. f.  
4, 4.  
c ex Beltr.  
l. c.  
Coron.  
d apud Ca-  
race f. 147.  
Rich de  
Germ. Ca-  
puc l. 4. fo-  
66. c. c.  
e Baron a.  
1192. nu.  
20. Ant.  
Archiep.  
in chr. p. 3.  
n. 19. tit. 6.  
f. Beltran f.  
79.  
Coron.  
g in priuil.  
eccl. Pan-  
apud Can-  
cel. f. 51.  
obit, &  
sepulc.  
Reg. Tā-  
cred, &  
Rogerij  
filij.  
h Surita li.  
3. c. 69. Ba-  
ron in fine  
an. 1192.  
i ex Roger.  
in anal.  
k ex luce  
guardia de  
fā. Triar.  
f. 417.  
lex eodem

Ducis Rogerij Tancredus, & VVilhelmus nobilissima matre geniti. idem affirmant plures auctores. Suadet maximè etiam priuilegium S. Georgij de Grattera dat. Panor 1196. b, ubi Tancredus Ducis Rogerij filium se dicit. Is ergo Tancredus defuncto VVilhelmo II. consobri- no, dum Constantia eius amita ( huic iam fidelitatis præstiterat iu- ramentum ) ad quam hæreditario iure Regnum deuoluebatur, in Germania cum Henrico viro degeret, à primoribus Siculis opera Matthæi Notarij ( is cum Gualterio Archiep. Panorm. Constantiæ fautore gerebat inimicitiam ) accersitus Panormuni, ibi in maximo templo more maiorum mense ian. ind. 8. ann. 1190. regio exornatur diadematè, atque à Clemente III. Pont. confirmatur. Mox in gratianimi significationem, Matthæum ad Magni Cancellarij Siciliae manus, eiusque filium Richardum ad Ayelli Comitatum eue- xit. sed Apulientes Barones fidelitatem negarunt.

Mortuo interim Clemente III. à successore Cœlestino an. 1191. coronam, cæteraque Imperij insignia Henricus, eiusque vxor Cō- stantia recipiunt, ea lege, vt Tancredum Regno pellerent. Salernitani paulò post, apud quos Constantia in reditu è Germania in- Italiam iussu Henrici substiterat, Regi Tancredo per summum scel- sus illam tradiderunt. Cœlestinus verò Aegydiū Diaconum Car- dialem Aragoniæ Panorum transmisit, ac receptam Imperatri- cem in Germaniam ad Imperatorem deducendam curauit.

De uxore, liberisque Tancredi Regis.

7 Ex Sybilia de Medonia Richardi Comitis Cerra filia ( hic Tancredi Regis an. 1190. Neapoli vices gessit ) Rogerijque Sansuerini ex Tri- gisso Northmanno progeniti nepte quinq; filios, filiaque.

De Rogerio filio I. Tancredi Siciliae Rege V. ex Northm.

1 ROGERIVM, cui anno 2. sui regni Tancredus pater Apulię Ducatum, anno 1193. Irenam, siue Vraniam Thurię Imperato- ris Constant. filiam tradidit vxorem, & regium Siciliae diadema Pa- normi impôsuit, vt clarè constat ex priuilegio S. Marię de Bicarò s- ita. dat. anno sal. 1194. Regni Tancredi 4. secum regnante Rogerio filio an. 2. sed breui sine liberis moritur Rogerius. Eius verò vxor vidua Philippo Sueuicæ Ducis ac Henrici Imp. fratri nupsit.

2 De VVilhelmo secundo- genito Tancredi ait Rogerius in annali- bus: defuncto Rogerio; Tancredus Rex fecit VVilhelmum filium suum fra- trem predicti Regis Rogerij in Regem Siciliae coronari, & paulò post Tan- credus obiit. Panormi scilicet an. sal. 1194. 20. feb. Regni an. 3. mēf. 6. h, & in Regis Rogerij aui tumulo in Chathedrali Panorm. vnà cū filio primogenito Rogerio deponitur.

3 Alteria, seu Albiria ex filiabus I. primū Gualterio de Brena- fratri Ioannis Brenæ Regis Hieros. nupsit, secundū verò Iacobo Comiti Triarici, ex quo progeniti sunt Comes Simon, & Adelesia, tertium ( Papa Honorio III. volente ) Tigrinio Palatino Tusciæ Co- miti R.

4 Constantia secunda filia, Petri auunculi Comitis Arbæ, & Venetiæ Ducis fuit coniux.

5 Mandonia Ioanni Sforzæ ex familia præclarissima Sancti- Se- uerini, & Auezani ex Comitibus Triarici desponsata est.

Anno  
Cברי.  
1190

1191

1193  
v. rex  
Rog.  
2. cū  
patre  
Rex.

Ann  
Chri.De *VVillemo II. Tancredi filio II. Rege VI. ex Norihm.*

**VVILLELMVS III.** quem pater Tancredus an. 1194. mense maio Panormitano in templo coronauerat a, post eius obitum in Regno succedit.

1194  
VL.R  
Vuil.  
III.

Verum Henricus audita Tancredi morte, iniurias viturus, cum Constantia vxore grauida ad Regnum sibi iure debitum rependum copias parat. **VVillemus** autem Rex cum matre, & sororibus satis suis non fidens viribus, in praecepti montis Caltabiloctae castrum confugit. Henricus Messana, alijsque vrbibus blandè allectis, sub pollicitationum simulatione, fore vt si **VVillemus** Regno se abdicaret, ei Taranti Principatum, eiusque matri Lecij Comitatum ipse elargiretur b. Sybiliam matrem, **VVillemum** Regē, filiaque suam in potestatem redegit 3. Kal. ian. an. 1195. c at eos omnes perfidus cum Nicolao Archiepiscopo Salernitano, Richardo Ayelli Comite, Rogerio fratre Matthæi Cancellarij iam defuncti filijs, Episcopo Ostunensi, & Thranensi, alijsque Regni primoribus in Germaniam solum vertere coegit, ibi verò supplicij affectos carceri mancipauit. Sed Innocentius III. Pont. scriptis litteris d Archiepiscopis Spirensi, Argentinensi, Vormatiensi, Episcopo Surrentinensi, & Abbati Sanctæ Anastæ, vt inde educerentur, curauit, ergo anathematis minis per Episcopos intentatis adnente e

1195

triam Philippo Sueuiz Duce e, Henrici Imperat. fratre pristinae omnes restituti sunt libertati; **VVillemus** verò Regno exauctoratus, luminibus erutis, atque genitalibus recisis, carceri ad mortem vsque addictus iuit, atque anno 1197. obiit, ac simul cum illo regia Northmannorum soboles masculina extincta est.

## SVB NORTHMANNO SICILIAE IMPERIO.

*Hi Regum Vicesgerentes fuerunt.*

1. *Hugo Gozetta Rogerij Comitis gener f* ann. 1075. dum Calabriae focer praeesse cogeretur.
2. *Iordanus eiusdem Comitis filius* an. 1083. cum pater Romam, & iterum an. 1092. cum Melitam adiit.
3. *Rogerius Dux Apulia* tum in Sicilia, tum Neapoli g.
4. *Maio Barenfis* ab an. 1155. ad 1161. in Sicilia, eius nepos *Simon* senescalcus Neapoli per Regem **VVill.** 1b.
5. *Henricus Arystippus Archidiac. Catan. Siluester Comes Marsienses, & Richardus electus Syrac.* per eundem Regem i.
6. *Romualdus Guarina Archiep. Salernitanus* vnà cum Regina *Margarita* ob **VVillemi II.** infantiam ab an. 1166. in vtroque regno k.
7. *Gilbertus Grauinensis Comes* Reginae *Margaritæ* consanguineus an. circiter 1167. sub **VVill.** II l.
8. *Richardus Molisy Comes* apud Reginam suffectus m.
9. *Richardus Cerra Comes* sub Rege *Tancredo* eius fororio n.

*Hi Castellaboli.*

1. *Robertus Comes Lorice* nepos Regis *Rogerij* o.
2. *Comes Robertus Scaglionus, sive Alra-uilla* sub eodem p.
3. *Simon Comes Policastro* sub **VVill.** I.
4. *Marius Borrellus* sub eodem r.

a Roger. in  
ann. Man  
vol. 1. 3. fol.  
113. & in  
ep. 4. c. 1.  
Fazel. dec.  
2. 17. c. 7.  
i<sup>o</sup> succ.  
& corona-  
tio.

b ex chrō.  
Cas. &  
Ric. de S.  
Germ.  
c Barō. an.  
1194. &  
Fazel. fol.  
47.  
dl. 1. ep. 24  
25. 26.

e *VVallin-  
gus* in an-  
nal. mun. l.  
1. f. 22. &  
chron. Cas.  
apud Ca-  
puc. l. 4. fo.  
184.

obitus  
**VVil.** 3.  
Regis.  
f Fazel. fo.  
435.

g Falc. Be-  
nen.

b Fazel. fo.  
445.

i ex eodem  
f 459.

k in chron.  
familie  
Guar. n.  
l Fazel. fo.  
455  
m ibid.  
n ex sum. d.

o ex Beltr.  
p ex cod.  
q. Man. l.  
3. f. 11.  
r ibid. &  
Fazel.

abibidem.  
bibids. &  
Faz f. 468  
c. in prinl.  
s. Stephani  
de Bosco.  
d. nos l. 3 f.  
126.  
e. nos l. 3 f.  
272. 274. f.  
1 f. 126.  
f. nos l. 3 f.  
276.  
g. nos l. 1. f.  
403.  
h. nos l. 3 f.  
104. Luc  
Guar. l. x f.  
313.  
i. c. app. li  
5 f. 135.  
K. nos l. 1.  
fo. 126. &  
3 f. 164.  
l. in prinl.  
Henrici  
Imp.  
m. nos l. 3.  
f. 164.  
n. nos l. 1 f.  
118.

o. eod. l. f.  
136 & l. 3.  
fo. 20 176  
& 192.  
p. in tab ec  
cl. s. Ma  
riae de A  
mirato.  
q. Faz. fol.  
445. 450.  
r. idem fol.  
474.  
s. nos l. 1 f.  
126.  
t. Faz. &  
Maur. l. 3.  
f. 112.  
u. in not.  
Maz. r.  
xl. pre' at  
f. 178. nos  
l. 3. f. 192.  
631. 632.  
y. nos l. 3 f.  
423. &  
503. ex  
Canc. Nea  
poli f. 309.  
z. Faz. l. f.  
465.

5. *Rogierius Turonensis* sub VVill. II. an. 1168 a.

6. *Richardus Mandra* sub eodem b.

7. *VVilhelmus Marturana* sub eodem c.

8. *Berardus Gentilis* anno 1177 d.

*Hi Magistri Iustitiarj.*

1. *VVillelmus Malconuanas filius Roberti domini Rabalmuti; & Busabini* sub Comite Sicilie Rogerio c.

2. *Robertus de Rocca* sub R. Rogerio an. 1142. scilicet aius Comes *Ioannes de la Rocca* ecclesie Syracusanæ quosdam terras tractus dedit iuxta Ragusiam. an. 1120. in prinl. Mōtis regalis subscribitur g. Roberti filius *Apollonius* an. 1194. Contestabulus, & Iustitarius in Sicilia.

3. *Florius Camarota* an. 1176. orator etiam ad Henricum Anglie Regem pro matrimonio contrahendo cum eius filia Ioanna i.

4. *Bomanis de Monte forte, Priscus, & Fridericus Regia Curia Magistri Iustitiarj* sub utroque VVill. eodem tempore *Goffridus de Mobac* Iustitarius Vallis Notie, a secretis VVillelmi II l.

5. *Goffridus de la Rocca filius Roberti* sub VVill. III m.

*Hi Magni Ammirati.*

1. *Bettjumenus Saracenus* an. 1059. sub Duce Roberto, & Comite Rogerio fratribus.

2. *Chrsifodorus*, seu *Chrsifophorus Rozius Antiochenus* sub Rogerio I. & II. Comitibus Sicilie. illius magnæ ædes Messanæ datæ sunt Archiepiscopo Panormitano an. 1159 n.

3. *Georgius Rozius Antiochenus* Chrsifodori filius ab anno 1113. ad 1143. quo anno celeberrimum S. *Mariae de Amirato* templum Panormi exædificauit, & in dotationis diplomate subscribitur: *Principum Princeps Georgius Ammeras*, aliquando: *Georgius Amiratorum Ambratus*, ac *Hrategus Catana*.

4. *Nicolaus Georgij* nepos an. 1153. se subscribit *Amiratus Principis ex filio Principis Principum* p.

5. *Eugenius Nicolai* filius, cui sub VVill. I. decedenti sufficitur

6. *Maior Barenfis* sub eodem VVill. subscribitur *Maior Amiratus Amiratorum*, eius verò *filius Stephanus Amiratus* q. sed Maionis à Matheo Bonello occisi vices, & munus gessit

7. *Arithippus Catanensis* Archidiaconus r.

8. *Richardus Comes Fundanus*, & *VValterus de Mobac Regij Holij Amiratus* subscribuntur s.

9. *Margaritus de Brundiso Comes Melita Siculus* sub VVill. II. e. & *Mãredo* regibus, eius irater *Maximianus VVillelmi III. secretarius*.

*Hi magni Cancellarij.*

1. *Robertus de Vrbo Cappelanus Comitis Rogerii* an. 1093 u.

2. *Guarinus de Aceto* filius Roberti de Aceto generi Com. Rog. ab an. 1104 x. ad 1137.

3. *Consolinum* an. 1129. coronationi Regis Rogerij adfuisse lego; de eo etiam *Maurolycus* l. 3. fol. 100.

4. *Robertus Roset* an. 1140. 1145. & 1148. sub R. Rogerio y.

5. *Maioni Barenfis* sub R. VVill. I. occiso

6. *Richardus Eleus Syracusanus, & Matebeus de Agello no; arius* sufficiuntur à VVill. I. & II z.

7. Ste-

Anno  
Chri.  
1194

7. *Stephanus Comitis Particensis filius Gallus* an. 1167. à Regina Margarita consobrino eligitur, & Archiep. Panor. an. 1169. ipse se abdicauit dignitatibus a.

8. *Mattheus de Agello notarius regius* ab an. 1169. ad an. 1177. Vicecancellarius, deinde à Tancredo Rege Cancellarius fit. Hic non modo in sua patria Salerno, sed Panormi plura suæ pietatis reliquit opera: Domum hospit. Omnium SS. Cœnobium Cisterc. nunc de Sacra Mansione, & Monasterium benedictinarum S. Mariæ de Cancellario.

9. *Gualterius Ophamilius Archiep. Panorm.* sub VVill. II. Rege.

10. *Bartholomæus Episc. Agrig.* Gualterij frater, primùm Vicecancellarius, ad an. 1194. Cancellarius.

*Qui verò Camerlinghi, Protonotarij, & Senescalli fuerint. Ex occasione afferentur; nunc ad Imperium Sueum propero.*

## DE REGIBVS SVEVIS

*Ab anno 1195. ad annum 1265. in Sicilia imperantibus*

*De Henrico ex Sueuis I. Sicilia Rege VII.*

1195  
VII.  
Rex  
Sicil.  
Hen-  
ricus,  
& Co  
stantia

**H**ENRICVS VI. Cæsar, atque CONSTANTIA vxor, cui Sicilia Regnum (vt diximus) iure patris Rogerij I. Regis obtigit; in Panormitano Cathedrali templo, ab illius Archiepiscopo Bartholomæo more maiorum an. 1195. pridie Kal. decemb. ind. 13. sacro inuncto oleo, diademate cohonestantur regio, vti his verbis testatur Rex in dipl. suo scripto Panormi 3. idus Ian. eodem anno 1195. *Nos attendentes deuotionem dilecti fidelis nostri Bartholomæi venerabilis Panormitani Archiep. & omnium Canonicorum Panormitana Ecclesia; considerantes etiam dignitatem, & prerogatiuam ipsius Eccl. Panorm. quæ SEDES, & CAPVT est REGNI nostri Sicilia; in qua ipse Regni coronam primò portauimus. unà cum dilecta consorte nostra CONSTANTIA Illustri Romanorum Imperatrice augusta.*

Quamquam verò (vti narrat Rogerius) à Neapolim primùm, inde Messanam venerit, atque more regio ibi exceptus fuerit, tamè quamprimùm Regiam ad Ciuitatem Panormum se contulit, arce adportum recepta, regium hic suscepit diadema, ac primates excepit gratulanter. heu mox carnificinam exercuit Henricus in eos, qui Tancredo, eiusque filio VVillelmo Regibus fuissent. Richardum Cerræ Comitem, Regineque Sybilie vxoris Tancredi patrem an. 1196. iniquè ad supplicium damnauit, eiusque Comitatus Diopoldo Alemanno dedit. Ipsius Tancredi, & primogeniti Rogerij, qui accepta regia corona obierant, cadauera effodi, iisque regiam demum insignia præcepit. Sed Constantia suos Northmannos tam miserè excindi haud passa, foedus contra Imperatorem iniit, & thesauros Panormi à præcessoribus Regibus congestos effodiens in Alemannos immittit, tunc in turrim se recipit Imperator, ac vix tandem exorauit, vt relicto Constantiæ Siculo Regno, sibi in Germaniam liceret iter arripere. Vnde Hugo Falcandus inquit: *Con-*

Ran.

ad f 468

b nos l. 3. f. 49. 547.

per an  
nos 70.

9 succel  
sionis.

Coro-  
natio.  
c habes in-  
tegrum in  
not Pæ. ad  
eum an. 1195.  
130. & re-  
fert S. An-  
ton. Flor.  
1. p. cbr. n.  
19. f. 1.  
ad. p. d. Ba-  
ron 10. 12.  
f. 593.

c Arnold.  
l. 5. c. 2.

f. apud Bar-  
l. c.

*Constantia prima a cunabulis in delictarum suorum non affluentia diutius educa-  
ta, suisque instituta doctrinis, & moribus informata, tandem opibus suis  
Barbaros ditatura discessit.*

Porro hac optima oblata occasione, huius Impetratricis, atque  
Reginae genos, nuptias cum Henrico, ex partum, & etatem ab e-  
ruditis amicis cohortatus luculenter explicare operæ pretium existi-  
maui.

Plura enim de ea mentitur vulgus, quod & aliquos auctores a tra-  
xit in partes. Volunt plerique Rogerium I. Siciliae Regem eius ge-  
nitorem, Abbatem Iochiuo monente, Constantiam Regni excidio na-  
tam intellexisse, ac in coenobium monialium puellam contrulisse.  
Eam verò deinde sacra votorum religione solutam nupsisse Henri-  
co, facta ab Alex. III. Rom. Pont. facultate, vt Tancredum, qui  
Regem occupauerat, eieceret; eam tandem quinquaginta quin-  
que annorum ætatis, Fridericum peperisse filium in Urbis Panor-  
mitanae comitis, ne suppositæ prolis suspicio obreperet. Sed hæc  
falsius reuellit Baronius: nam posthuma Regis I. Rogerij fuit  
Constantia nata anno 1154. ex Beatrice vltima vxore, vt supra vidistis,  
& narrat Gaufridus eius temporis Scriptor, de Regis Henrici nup-  
tijijs agens his versibus.

*Fit Regis Siculi filia sponsa sibi*

*Sponsa fuit, sicut fac nimis, Constantia dicta.*

*Posthuma post patrem materno ventre relicta.*

*Imque Tricenalis tempore virgo fuit.*

Trigesimum primum agebat annum Constantia cùm nupsit. Vn-  
de Richardus de Sancto Germano de vita, & nuptijs ipsius scribit:  
*quod erat Regi VVillemo I. I. amita quedam Constantia in Palatio Pa-  
normitana, quam idem Rex de consilio Archiepiscopi Panormitani  
Gualterij Henrico Alemannorum Regi filio Friderici Romanorum  
Imperatoris in coniugem tradidit, & Hugo Falcandus a testatuen-  
reliquit; Constantia prima incunabulis in delictarum tuarum affluentia  
diutius educata.*

Reiicias hinc igitur Iochini vaticinium, & ob illud puellam  
in coenobio conclusam fuisse ab Rogerio patre ad prolis spem præci-  
dendam; cùm enim Constantia in lucem fuit edita, eius genitor è  
vitijs excellerat. Boccacius etiam turpiter aberrauit, cùm scripsit:  
*fuit Constantia Gualtieri Optimi quondam Siculorum Regis filia, cuius cū  
in ortu a deſet, vt aiunt plurimi, Iochim quidam Calaber Abbas pro-  
phetico aotatus spiritu, Gualtiero dixit: natam Regno Siciliae exitium al-  
daturam. Nam Richardus paulò antè laudatus ait: eum præ cunctis  
terre Regibus gloriosam fecit Deus, in hoc tamen inglorium illum red didit,  
vt eum prolis negatione multauit, conuulſit enim vterum conſortis illius,  
qui non pareret, vel conciperet filium, & ne relinqueret superſtitem super  
terram. Erat ipſi Regi amita quedam Constantia, &c. Quod de Pont.  
Alex. III. narrant, cuius auctoritate è religioſis Virginum clauſtris  
educta Constantiam plerique affirmant, quare illam Mona: hams,  
vel Deo ſanctatam, d'u proſſam, Montalem g, vel etiam Abbatiffam  
appellant. Sed inde fidem non meretur, quòd quotquot eius æui  
Scriptores extant Gothofridus Viterbenſis, Hugo Falcandus, Ar-*

noldus

a Fazell fo.

473. C

444 Mau.

fol. f. 115.

B. Vſel.

Panl. REG.

in vni. B.

Guill. f. 63.

919 lom de

Lucca in

chr. ord.

pr. ed. Boc-

cac. de cla-

ris mulier.

ſea.

b ad ann.

1186. n. 27

c ex cunc-

tis Germa-

nis apud

Paulum.

Aemi ium

improbis

tinus no-

ſtrati af-

ſeruenti

ſiſſe veta-

lana.

d loco cit.

e de clari-

ſi mulier

f Franc. Pe-

trare in l.

Ahghſt.

F. Albertus

Fazellus.

Maura ic.

ſe c

ſ Phil Ber-

gomen in

capit. Reg.

Sicil Flor.

Archiep p

ſ. 1. 19. c. 6.

b Panluſ

Caſonucc.

ſcippo af ſ

reliaſ 435

Ann.

Chr.

1195





uatoris monasterio, ubi inter cætera eius rei vestigia, sacrarum precum græcum volumen Moniales Basilienses apud se adhuc habent; & cuiusdam illius ancillæ sepulchrum indicant: breui verò temporis interuallo oportuit ibi fuisse Constantiam; in vulgus tamen postea consequentibus temporibus pedetentim ex hoc fonte manavit: is error, vt nuncupasse vota, iisque soluta Pontificis auctoritate: cum iam vetula, natu grandior, & edende proli inepta esset a, Constantia diceretur. Percrebuit etiam apud nonnullos fama *Fridericū* suppositum Constantiæ fuisse factum, quod *Marcoualdus* Innocentio III. Rom. Pont. perscribens se certa fide probaturum spondit; vnde ea de re sancte iurare Constantiam iussit Pontifex b. Inde ergo fortè apud vulgus inualuit eam in Vrbs compitis suæ ætatis anno 55 peperisse: cum perinde certum esse significare vellent *Fridericum ab Constantia natum, ac se in medio illa foro, hominumque conspectu edidisset* c.

Enixa est centè Constantia ætatis suæ anno 37. circiter, scilicet 1193. mense decemb. in festo S. Stephani M. cum vterum ferens Roma rediret, in Esitana ciuitate Marceæ Anconitanæ d; imperiali, regiaque celebritate coram aliquot Cardinalibus, & quindecim Episcopis opera Alberti Ducis Spoleti, Comitisque Assisi in æde maxima Assisienti sacris aquis abluit infans duplici auro nomino imposito nomine *Fridericus Rogerius*. Sed paterni *Friderici* tantum retento, ibi curæ Ducisse Spoletanæ traditus est e.

Tandem cum è Germania in Siciliam, & in Imperatricis gratiam *Henricus* rediisset anno 1197. Messanæ ægrotare cepit, & in periuigilio S. Michaelis Archang. 28. Sept. confecto testamento, vxorè Constantiam, *Fridericum* que filium infantem Innocentio III. PP. Philippo verò germano fratri Ethruriæ Duci, quousque filius adoleuisset, Romanæ Imperij, & Siculi Regni gubernatione cõmendauit. Quòd si *Fridericus* sine liberis decederet, vt Siciliæ Regnū ad Romanam Eccl. deuolueretur, præcepit b. Mox obiit post Regni ann. 1. & men. 10. Imperij verò an. 6. men. 6. dies 13. Id quoque Chronicon Fossæ-nouæ his versibus testatur.

*Imperij Rome sexto decessit ab anno*

*Mille de in centum bis demptis tribus ab istis*

*Transferant annis, perijt cum pessimis anguis.*

Perijt sanè *Henricus* Ecclesiæ communionē priuatus ab Cælestino III. Pont. max. quòd *Richardum* olim Angliæ Regem in carcerem contrussisset K, non potuit illius cadauer ob anathema sepulchro tradi de Ecclesiæ more; Romæ ergo *Berardus Messan. Archiep.* ad Pont. pro *Henrici* patris sepulchro, & *Friderici* filij inauguratione perrexit; datum est illi vtrumque; sed his legibus, vt post Regis Angliæ assensum, ac restitutas illi extortas pecunias *Henricus* sepeliretur; *Fridericus* verò Rex salutaretur, datis duabus mille argentij marchis l, si tamen cum iurisiurandi religione ab se natum *Fridericum* aufereret Constantia. hac facta pontificia facultate, ex *Henrici* dispositione more maiorum illius cadauer Panormum inuectum in æde maxima infoditur. post verò multum temporis anno scilicet 1538. *Rogerus Paruta* Canonicus, & *Thefaurarius* eiusdem

a allatis an  
Floribus su  
præ, & A  
licand. Alb.

b ex Rog.  
apud Baro.  
l. 6.

c Archiep.  
Flor. Faz.  
Alexandr.  
l. 6.

Ort<sup>o</sup> Fri  
der. quã  
do, & v-  
bi?

d apud Ca  
racc. f. 155  
Richard. S.  
Germ. &  
Albert. Ab.  
Stadens.  
e apud Ca  
racc. l. 6.

f Arn. Hin  
rol. & supp.  
ad chron.  
g ex iudæ.  
h apud Ba  
ron. ann.  
1197. n. 9.  
i ex Pibol.  
de Luca. et  
scrip. Ale  
mann.

obit<sup>o</sup>, &  
speulc.  
Imper.  
Henr.  
k vide Ba  
ron. ann.  
1191. a. 11.  
l. 9.

l apud eud.  
an 1197.  
n. 4. & 5.

Ann.  
Cברי.  
1197

dem ecclesie duabus sarcophagis Henrici, & Constantie vxoris Imp. epitaphia papyro inscripsit, vulgi de Constantie monachatu, ac prouecti etate, errorem a viris doctis explosum sequutus; eaq; anno 1632. marmoribus incisa. en illud Henrici:

*Imperio adiecit Siculos Henricus vtriusque  
Sextus Sueuorum candida progenies  
Qui monacham sacris uxorem duxit ab aris  
Pontificis scriptis hic tumulatus inest.*

*Imperauit an. xi. m. n. 1. Obijt Messana an. 1197.*

*De Constantia cum filio Regina.*

CONSTANTIA interim cum Rege Friderico puero quatrieni, quem a Ducis, Ducissaeque Spoleti tutela reuocarat, Siciliae praesidet. ad eam Innocentius PP. Octavianum Cardin. Ostiensensem Episc. Sedis Apostolicae Legatum, vt fidei sacramentum pro eadem Rom. Sede exigeret, eiq; ac filio ius regium Pontificis nomine impertiret, transmisit. Tunc ob aegritudinis angustias Constantia Panormi puerum Raynerij Comitis Fortiani curae tradidit. Sed mox aduersus perduellem Raynerium Panormitanus Senatus Fridericum insuam suscepit tutelam d. Verum Constantia anno 1198. die 25. decemb. 2. ind. scriptis testamenti tabulis Regem filium Pontificis Innocentij tutelae mandat, vti ipse Papa sua in epist. e testatur dicens: *Panormis. Rhegyn. Montis-reg. Archiepiscopis, & Episcopo Trovano familiaribus Regis. per effectum operum potestis euidenter agnoscere, quod tutelam Regis, & Regni Baulum nobis a C. Imperatrice relictam, non tam verbo, quam factis recipimus, ac studioso procuramus.* Obijt post duos dies 27. nouemb. cum ad 45. non peruenisset aetatis annum, regni 3. & iuxta eius voluntatem in templi maximi porphyritico sepulchro leonibus suffulto, hoc cum elogio iacet.

*Casaris Henrici later hic Constantia coniux,  
Vndeno lustro hac platea rugosa sacerdos  
Facta dedit partu Fridericum Augusta secundum  
Pro meritis secreta tenet sic ossa Panormus.*

*Vixit an LXI. Obijt M. CXCVIII.*

Etsi huius nostrae Imperatricis obitus die 27. noueb. & annu 1198 in epist. 571. lib. 1. Innocentius III. PP. filij eius tutor claris characteribus consignauerit, & doctissimus Baron. ad annu eundem retulerit; miror equidem nostrates tam longe in his designandis errasse; Octa uicini Beltrandum f, & Catanensem de Grossis (hic inops historicus, & oblocutor diues est) assererem: *Ab anno igitur 1200. ad 1207. vsq; interiecto spatio noua Carmelitarum colonia Catana suscepta est; rem promouente Constantia Augusta Henrici VI. Casaris uxore, Sicilia Regina.*

*De Friderico ex Sueuis II. Sicilia Rege VIII.*

FRIDERICVS huius nominis primus Siciliae Rex anno 1198. me se Septembri ind. 1. matre viuente, more maiorum, vt ipse loquitur: *Panormi sacra regalia suscepit*, annuente quoque Innocentio Romano Pont. eius tutelae post matris obitum acerrime Pontifex incubuit: nam Centium Cardinalem tit. S. Laurentij in Lucina in Siciliam destinauit, inde ipse et Pontifex, vt iura pueri tueretur, Sanc-

a ibidem.

b ex Baro.  
ann. 1198.  
n. 9.  
c ex M. S.  
antiquis &  
Manrol. li.  
3 f 114.  
d ex tabulis  
s. u. p. in  
ade P. no.  
e 57 lib 1.  
mibi f. 3 ro  
& apud Ba  
ron. anno  
1199 a nu.  
3.

f in descr.  
Neap. f. 73  
gae eccles.  
Catan. fol.  
158

h success.  
Jonis.  
i in nos. Pa  
nor. ad an  
1240.  
221. &  
1215.

1198

1198  
VIII.  
Rex  
Sicil.  
Frid.



Ann.  
Cbr.  
1222

cum, & Henricum (tertium Conradinum falso addit Pandolphus) ex Margarita \* Leopoldi Austriae Ducis filia prognatos carceri manciparat. horum alia filia nomine *Floderisa* in palatio Panormitano an. 1222. obiit, & in cœnobio vrbis franciscano sepulta est *b*. Mortuo Henrico Conradus natu minor frater à patre in Romanorum Regnum sufficitur.

1223

2. *Iola* \* Ioannis Brenna Hierosolymorum Regis filia iure materno Hierosolymitana Regina secundis nuptiis iunctus est Imperator Fredericus. cum ergo dotis nomine Regnum illud adeptus esset; ceteri ab eo tempore nostri Reges etiam Hierosolymitanos se appellarunt; Iolè verò Imperatricem, quòd in Vrbe Gregorius IX. imperatoris induit insignibus. Sed quòd Hospitalariorum, ac Templariorum bona in utroque Regno occupabat, atque intolerandis exactiõibus Ecclesiis exhauriebat Fredericus; idem Pontifex, vt hominis auidaciam perfringeret, illi Ecclesiæ communionem interdicit *c*. Inde cum traiecisset in Syriam deses septem mensibus ibi hæsit, pace Christiano nomini pessimis conditionibus cum Sultano firmata; die igitur resurrectionis dominicæ festo 17. martij 1129. Hierosolymum ingressus coram Berardo Panormit. & Capuano Archiepiscopi cõcionem habuit, ac se purgabat, quòd vrgentibus rebus haud citò venisset in Syriam: vnde immeritò in se pronuntiatam à Gregorio sententiam edixit. Postulauit interim, vt Antistitem aliquis Hierosolymitani Regni coronam sibi imponeret: recusantibus illis, deuotum diris caput diademate ipsum sibi circumdedit; paulò post Berardum Messan. Antistitem ad Gregorium, cauens ne Siciliae Regno, & Imperio spoliaretur, ad anathematis absolutionem exorandam transmisit. Dum *Iolen* (vt scribit Fazellus) cum Rege patre suo de patratò à viro Frederico stupro cum pesside qua conuerit, verberibus affectus, in carcere occiditur. hac tamen de re, nec Anonymus de rebus Frid. nec Maurolycus, nec Surita scripsere, imò, quòd ab hac Hierosolymitana Regina diu concupitum filium *Conradum* acceperat, de illius obitu maximè doluit Imperator.

1126

3. *Elisabetham* tertiam duxit Fredericus; de qua sic habet Chronicon Alberti Abbatis Stadenfis: Anno domini 1235. Imperator duxit uxorem sororem Regis Anglia, & in medio augustò Curiam Maguntia celebrauit, ibi filium suum Henricum regno priuauit, & eum in Calabria detinendum misit. Ex ea *Jordanum* anno 1236. Rauennæ natum, qui infans decessit, & *Agneta* anno 1237. anno verò 1238. 18. febr. Henricum dictum minorem habuisse, ex litteris perhonorificis ad Panormitanos ab Imper. Taurini die 3. martij 11. ind. per scriptis, hactis constat. horum genitrice Elisabetha defuncta,

1128

1129

Rex  
etiam  
hiero.  
Frid.

4. Ad *Ruthina Othonis Comitis VVolferbzlozen* quartum conualuit thalamum Fredericus, ex ea *Fridericum* filium, quem Tusciæ Règè nominauit, suscepit; postmodum ille ab Antiochiæ Principatu à patre dato, *Fridericus de Antiochia* appellatus, eius familiæ de *Antiochia* tota in Italia, maxime in Sicilia celeberrimæ, ac Cæsareæ parens extitit; vt de ea alibi dicemus. licet alij *Fridericum de Antiochia* inter nothos Imperatoris liberos connumerent; quòd eius mater legitimo, matrimonio Friderico non fuerit coniuncta.

1235

5. *Maurolycus* tertium duxit Fredericus; de qua sic habet Chronicon Alberti Abbatis Stadenfis: Anno domini 1235. Imperator duxit uxorem sororem Regis Anglia, & in medio augustò Curiam Maguntia celebrauit, ibi filium suum Henricum regno priuauit, & eum in Calabria detinendum misit. Ex ea *Jordanum* anno 1236. Rauennæ natum, qui infans decessit, & *Agneta* anno 1237. anno verò 1238. 18. febr. Henricum dictum minorem habuisse, ex litteris perhonorificis ad Panormitanos ab Imper. Taurini die 3. martij 11. ind. per scriptis, hactis constat. horum genitrice Elisabetha defuncta,

1236

1238

6. *Maurolycus* tertium duxit Fredericus; de qua sic habet Chronicon Alberti Abbatis Stadenfis: Anno domini 1235. Imperator duxit uxorem sororem Regis Anglia, & in medio augustò Curiam Maguntia celebrauit, ibi filium suum Henricum regno priuauit, & eum in Calabria detinendum misit. Ex ea *Jordanum* anno 1236. Rauennæ natum, qui infans decessit, & *Agneta* anno 1237. anno verò 1238. 18. febr. Henricum dictum minorem habuisse, ex litteris perhonorificis ad Panormitanos ab Imper. Taurini die 3. martij 11. ind. per scriptis, hactis constat. horum genitrice Elisabetha defuncta,

\* Agnete  
maie Mau  
rol. l. 3. fol.  
115.a Sur. l. ci.  
& Marci.  
de reb. Ne  
ap. 116.b ex tabul.  
eccl. s. Petri  
de Palat.  
\* Violante  
apa d. 120.an. 1224  
n. 11. Sur  
& Maur.  
l. 3. fo. 115c Brou. an.  
1228. n. 2  
didem an  
1229 n. 1.Maur. l. 3.  
f. 116.cid. Brou.  
ann 1230  
n. 1.  
f. 1467.g Mauroly.  
l. 3. f. 116.  
b ex reg.  
tab. Neap.  
antique Si  
cla anno1239. eru  
tit.i ex script.  
German.  
de An  
tiochiæfamil.  
K dux  
Gardie f.  
331.

1 ex scrip.  
Neapoli.  
1 apud Su-  
1 it. l. 1. 3.

2 Anonym.  
de rebus  
Frid. Cor-  
1 adis, &  
1 Vifce. c. 5  
1 Suris. 10  
1 c. 123.

3 in regiff.  
1 magni Pro-  
1 notor. Ne-  
1 ap. f. 327.

4 ex lantiq.  
1 cancell.  
1 Neap. fol.  
1 309.  
1 1 ibi f. 272  
1 1 ibi f. 280  
1 1 ibi f. 311  
1 1 Rub. f. 11.

5 ex regiff.  
1 regu. f. 10.  
1 1 vatic. fol.  
1 376.  
1 1 nex Ano-  
1 ymo.

6 ex Mon.  
1 ener. apud  
1 ur f. 266.  
1 1 Faxel fo.  
1 103.  
1 1 In Cenc.  
1 1 uc f. 434.

5. *Mathildem* 4, sed potius *Beatricem Principis Antiochia filiam* legiti-  
timam *Friderici* vxorem fuisse testatur *Ioannes Cuspinianus*, quo  
ex coniugio edita est *Elisabetha* Ludouici Lantgrauj postea vxor<sup>b</sup>.

6. Tãdẽ Imperat. *Friderici* vxor fuit *Blanca* nõ minori generis, quã  
formè laude confpicua, paterno quidem cognomine de *Lancea*, materno  
verò de *Maleſta* nuncupata. Nam vt *Ioannes Villanus*, & *Anonymus c* testantur: *Blanca Pater vnus ex Marchionibus Lombardis  
Lancea fuit*. quo cognomine non dedignata est se vocitare eius ex  
*Manfredo Rege* filio Neptis *Constantia Petri Aragonum Regis* v-  
xor<sup>d</sup>. Enimvero *Lancearum* familiam cum primis antiquissimam, &  
ac nobilissimam existimandam, suumque ortum è *Bauariæ Ducibus* trahere,  
quorum adhuc gentilitia stemmata referunt, satis mihi liquet ex priuilegio  
*Roberti Northmanni Ducis Apuliæ* dato *Neap. 16. Nou. 1080. c* vbi ob defectionem *Aurelij Caraffæ* Castrum  
*Fundanum* *Conrado Lanceæ* impertiens, de eo satis honorificè lo-  
quitur eiusmodi verbis. *Ideo ad humilem supplicationem nobilis consan-*  
*guinei nostri fidelis dilecti Conradi Lanza militis, ad præsens vnus ex*  
*Capitaneis nostra militia, & descendens ex Ducibus Bauera nobis por-*  
*rectam, vt suis maiorumque suorum consideratus seruitijs, & benemeritis,*  
*&c.* Porò in id castrum successit anno 1119. eiusdem *Conradi* filius  
*Fridericus f*, & anno 1168. *Friderici* filius *Conradus alterg*, & 1220.  
huius filius *Galuanus b*, qui primus *Fundorum* dictus est Comes .  
hunc ego *Galuanum* *Blancæ* nostræ Patrem statuo, quòd *Fridericũ*  
filium ab *Anonymo* *Blancæ* fratrem dictum lego. *Fridericus* hic ob  
*Galvani* Patris obitum pro castro *Fundi* fidelitatis iusiurandum co-  
ram *Rege* *Manfredo* præstitit anno 1255. anno vero 1256. *Præses*  
ab eodem in *Sicilia* constitutus<sup>t</sup>, vniuersam pœnè insulam seditio-  
nibus quorundam nobilium agitatum, ad *Manfredi* fidem perduxit,  
seditiosis profligatis, ipso in primis seclerum auctore *Gabano*  
*Teutonico* ad *Erycem* interfecto, quòd suis ipse litteris *Manfredus*  
testatur<sup>t</sup>. Ex hoc *Friderico* genitus *Galuanus II.* anno 1256. 2. febr.  
13. Ind. in Comitijs apud *Barlectam* coactis à *Rege* *Manfredo*, *Com-*  
*tes Principatus Salerni*, & magnus *Siciliæ* *Mariscallus* denuncia-  
tur<sup>m</sup>. *Buteræ* quoque Comitatu, ac *Paternionis*, & *Sancti Philippi*  
oppidis auctus, à *Comite* *Petro Ruffo* *Præsidente* deturbatur. Anno  
1268, cum filio *Galeſto* *Conradini* *Regis* sibi consanguinitate con-  
iuncti partes sequutus, à *Gallis* vterque captus, bonisque priuatus  
capite plexus est. Inde *Galeſti* vxor cum liberis iram *Caroli* *Ande-*  
*gauenſis* declinantes, in *Siciliam* se transfulerunt, vbi à *Rege* *Petro*  
*J.* vti *Constantiæ* vxori genere propinqui satis benignè excipiuntur.  
*Conradus* enim *Galeſti* maior natu filius inter 37. delectos  
*Com militones* ad equestre certamen cum *Carolo* inquit *Petrũ*  
ipsum comitatus<sup>n</sup>, in regressu eiusdem opera forori *Comitis* *Rogeri*  
*Lauria* *Amirati* matrimonio iungituro. tum *Cancellariatus*, alijs-  
que perfunctus muneribus, anno 1302. p. à *Friderico III.* *Rege* ex di-  
plomate dato *Catanæ* 15. octob. *Oppidis Longi*, & *Castaniæ* donatur.  
Ceteri *Galeſti* filii, eorumque nepotes præcipuis muneribus, atque  
honoribus exornati sunt, plurimaque oppida, & castra ditio-  
ne tenuerunt partim regia munificentia meritorum ratione colla-  
ta.

Ann.  
Cברי.  
1241

Ann<sup>o</sup>  
Christi  
1243.

a in pto-  
cur. 1306  
R<sup>eg</sup>

b *Fr. 2.*  
*dec. 9. c. 15*  
c *bid.*

d ex con-  
traff. vita  
milia fac  
re per ipm  
Cōr Barō  
Māfr. fra  
tri in actis  
Notar. N<sup>o</sup>  
col. Fran  
cauil. Ca-  
tan. 8. Mar  
tij 1451.

e ex donat  
facta per  
ipm Māfr.  
Blas legem  
doctōri si-  
lio in actis  
Not. Phil.  
de Pācal'd  
Cata. 6  
Apr. 15.  
Ind. 17.

f ex off. Pro-  
thonot. an-  
no 1517.

g ex capi-  
breuio reg.  
cāe. de feu-  
do Trabiæ  
f. 317.

b ex R<sup>eg</sup>.  
canc. f. 206

i in prinl.  
confirmat.  
Baronia  
Lōgi facta  
Blasco Va-  
loris filio  
an. 1424.  
ex off. Pro-  
tonot. eod  
ann.

k in R<sup>eg</sup>.  
muest. R  
Canc. ann  
1453 fol.  
304.

ta, partim coniugiorum iure, vel proprijs opibus comparata. Federi-  
cus Lācea Comitatu Squillacij in Calabria potiebatur an. 1285. Petrus  
Lancea Naricastrum Artali de Alagona genero doti dedit. Cæ-  
sarea eiusdem Petri filia Ioanni de Aragonia Infanti Federici II. Regis  
nilio nupta, Comitatum Castanix et in dotem attulit, ut inferius re-  
feremus. Cōradū Lācē Mōgellini Oppidi Dominū fuisse testatur Fa-  
zellus f. Nicolāū Lanceā Siciliæ Præsidem habes sub Petro II. Rege.  
Ab his ergo præclarissima *Lancearum* familia in Sicilia propaga-  
ta, ad nostra tempora quàm plurimis honorum, atque opū fulget insignijs.  
*Petrus Maria Lācea* Baronia Lōgi gaudet à Cōrado suprā memorato  
Galeoſti filio recta serie trahens originem 1\*. Ex eodem stipite suum  
genus ducunt Trabiæ Principes. nā ex quarto Lōgi Barone Blasco ge-  
nitus est secūdo loco Manfredus, Conradi quinti Baronis Lōgi minor  
frater 4, & ex Māfredo *Blasus* alter celeberrim<sup>o</sup> I. C. e Trabiæ, & Casta-  
niæ Baro, qui à Carolo V. Imp. ob p̄clara benemerita, p̄sertim in Sici-  
liæ tumultibus Hugonis de Moncada Proregis tēpore præstita, Con-  
siliarius in cunctis Regni Consilij cōstituitur f, & non semel Vicarij  
Generalis eiusdem Regni munus exegit. Hic duas duxit vxores 1. N.  
filiam *Narducij de Bartholomeo* filij Leonardi de Bartholomeo g  
insignis I. C. ac Regni Prothonotarij, quem vnā cū tribus alijs præcipuis  
Cōsiliarijs Siciliam pro Rege administrantem videbis anno 1436. Ab  
ea Trabiæ Castrum in dotem habuit, nullāq; inde virilem prole suscepit.  
2. *Lauriam Tornanbeni* nobilissimā Catanēsē Castaniæ Baronis sã.  
itaq; cū pro eadē Baronia, quæ secūdo-genitis Baronū Lōgi cesserat,  
sed nō multo ante ad Tornanbenios emptionis iure deflexerat, idē  
Blas<sup>o</sup> reuēdicatōriū iudiciū ageret, ante definitā sētētiā inito cū Lauria  
Matrimonio, eā Lācæ familiæ rursus inseruit. editus hic est Cæsar,  
Primus Comes Oppidi Mōtis Mellis, ( cui Baronia Bonpenseri ad-  
nectitur ) ac Regni mag. Portulanus, qui & Panormi quintum Præ-  
turam administravit, & Vicarium Generalem Regni non semel egit.  
In huius ex Castellana Centelles, & Emanuel cōiuge filio Octauiō I.  
( qui eodē Vicarij munere nō semel quoq; perfunctus est ) anno 1601.  
Trabiæ Principatus erigitur, inter Principatus, qui ad 50. hodie in Re-  
gno ascēdūt, sextū locū obtinēs. Huic Ioanna Orteca de Ioenio Mar-  
chionū Iulianæ Amia peperit Cæsarē, & Laurentium, quibus ipse fuit  
superstes. Cæsarē præmortuo Laurentius Elisabetha Barresi ex Mar-  
chionibus Militelli, & Principibus Petreptiæ, Comitissa Barresi  
nuncupata, vxore ducta, genuit *Octauium* II. viuentem, qui Tra-  
biam, & Bonpenserium in oppida extruxit, & Principatui, Comita-  
tatu, ac Baronijs auitis, iure vxoris Ioannæ Lucchiū, Spinola, & Porto  
Ducatū Camastri, Comitatu Summatini, ac Baroniā Damisæ adiun-  
xit, nūc secundū vnus ex Regni totius Deputatis. *Fabritius Lancea*,  
Baroniā Ficarræ, quæ propter antiquitatem primū inter Baronias in  
Comitijs profert suffragiū, hodie possidet, quam vnā cum Baronijs  
Galaxæ, Pilagini, & Brolii Martinus Rex confirmans Perruchio Lācæ,  
eiusq; filio Cōrado anno 1401. 2\* eorum Progenitores vetusto iure  
tenuisse testatur, b eūdēq; Cōradū idē Martinus alibi *principaliorem*,  
& *maiorē de domo Lancea* appellat. Deniq; Baronia Moyi, quā Man-  
fredus Lācea iure vxoris Rotæ Thomæ Turtureti filis habuit, & trui-  
tur nunc *Petrus Lancea* 3\*. Ab anno 1636. Ioānes Lācea Maluagnæ

1\* Cōrado  
succesit an  
no 1340.  
Nicolaus.  
1360. Va-  
lor. 1404.  
Blas. 1451  
Cōr. 1479.  
Perr. 1508  
Anō. 1529  
Bal. 1563  
Frāc. 1585  
Balsas. II.  
1642. Pe-  
trus Ma-  
ria Patres  
& filij. ex  
imnestur.  
in R<sup>eg</sup>. cā.

2\* Conr.  
huic anno  
1453. suc-  
cessit Per-  
ruchius II.  
14... Va-  
lor. 1486.  
Guilclmus.  
1493 Blas.  
Gul frater  
1513. He-  
ron 1557.  
Blas. 1564.  
Hier. 1582  
Ferd. 1600.  
Frac. 1623  
Fabritius.

3\* Māfre.  
succesit an  
no 1453.  
Blas. 1492  
Māf. 1493  
Anton fra-  
ter. 1502.  
Petrucci<sup>o</sup>  
1517. An-  
ton 1519.  
Pet. 1544.  
Frā 1576.  
Petrus II.  
1596. Pal-  
mer. 1633  
Frāc. 1640  
Pet.

Principis titulo est insignitus, cui idem Petrus eius frater successit.

Quod verò ad maternū Blācā genus attinet, de *Maleſta*, vt innui, dicta est, cuiusq; parētē patria Neapolitanā Guillelmi Maleſtæ Domini Maslaræ ex filia neptim fuisse credit Dux Guardix fol. 208. Hinc Māfredū, & Fridericū Maleſtæ auūculos suos appellat Māfred<sup>9</sup> Rex, vt in diplomate cōcessionis Comitatus Minæ in Sicilia, Mōtis S. Angeli in Apulia, & Camerlingi muneris Neapolis. Māfredus hic Maleſtæ regio iussu è ruinis Sipōtinis an. 1263. Māfredoniā vrberē exedificauit. Vnde Siciliā adueniēs, in agro Rādacēsi Oppidū *Maleſtā* cōstruxit, nūc iuris familiæ Spataforiæ titulo Principatus ab an. 1619. nobilitatū, & vxorē nobilissimā puellā *Iacobā Bonifaciū Paternionis Domina* duxit. Ex ea posthumus fuit *Māfredus II. Maleſtæ*, de quo an. 1267 ita in priuilegijs legimus (Ego *Māfredus Maleſtæ Dei gratia, & Regis, Comes Minæ, Fringētī, & Camerarius*) & an. 1285. Ego *Māfredus Comes Minæ, Dominus Paternionis, & regius Camerarius*. Is filiā habuit Frācisā, quā *Vuilhelmo Brācisfortio* nuptui dedit. Dein verò Māfredus tot beneficiorū à Siculis rēgibus acceptorū immemor, ann. 1299. à Rege Friderico II. ad hostes Gallos deficiēs, obijt Neapoli relictis filijs *Comite Goffredo Maleſtæ*, qui à Carolo II. bonis spoliatus miserè vitā finit, & *Ilaria Maleſtæ Petri de Vico Præfētī Romæ vxore*, quæ in Comitatum Minæ, & cetera iura successit. *Fridericus Maleſtæ* Māfredi frater natu minor à Rege Māfredo Comitatu Cameratæ in Sicilia, & comitatu Apicis, ac S. Scuerini Dominatu iure vxoris *Minora de Dragone*, atque anno 1258. Siciliæ Præsidis munere exornatus est, quo anno iuxta Erycem à Gabano Theutonico neci datus est, & in eo Maleſtarum soboles extinctæ.

Inuenio èt Bonifaciū de Anglono à Māfredo Rege auūculū, & Iordanū itē de Anglono cōsanguineū appellatū, quæ cōiūctio paterno ne, an materno genere Regi obuenerit, nō definitio. Certè Auūculi nomē in priuilegijs, vel apud harū rerū scriptores nō presē, vt à Grāmaticis, p̄ matris dūtaxat fratre, sed indiscriminatim pro patris quoq; fratre vsurpari certo certius est; simili planē rōne, qua Sobrinorū nomē, quod ad sororū filios propriè pertinet, ad fratrū èt filios extēdi cōsueuit; nec Patruī nomē, quod de patris fratre, aut Patruelis, quod de fratrū filijs dicēdū esset, in eiusmodi monumētis vnquā animaduerti. Fortè èt nec tā rigida vbiq; significacione idē Auūculi nomē p̄ matris, patrisue fratre tātūmodo accipitur, sed ad cōiūctos quoquoimō Parētib<sup>9</sup> accōmodatur. Quin imò alterius cōiugis cōsanguineos, ac p̄sertim ad rē nostrā auūculos, vel nepotes, eodē ab altero cōiuge gradu numerari, ac nomine cēseri passim videmus. Quib. in reb. multis auctoritatib<sup>9</sup> mihi iā persuasus, quòd lōgioris esset digressionis, nolo præter institutū hic diutius immorari. De Bonifacio Anglono obiter adnoto à Rege Cōrado, quòd Māfredo adhæreret, è regno eiectū: verū à Māfredo Rege agēte nō mō reuocatū, sed & Comitatu Mōtis-albani ditatū, tū an. 1262. Cōstātiæ filiæ ad Petri Aragonū Regis nuptias in Hispanias abeūtis curā illi demādatā fuisse. Iordanus verò de Anglono S. Scuerini Comitatu, atq; Comestabuli munere auctus, vnā cū Bonifacio de Anglono, Galuano Lancea, Cōrado de Antiochia, & Henrico de xxmilibus bello contra Carolū Andegauensem præfectus est.

Sed

a Iohannes  
Villā li. 6.  
47.

b nos l. 3. f.  
39.

c Faz. dec.  
2. l. 9 c. 3.

d Dux  
Guard. fol.  
209.

e Faz. ibid.

f Sur. lib. 3.  
c. 69. f. 176

g Dux Guard.  
dia. f. 214.



Ann.  
Car.  
1241

Sed iam ad Blacā ipsā regrediāmur. hæc sanè Friderico Imper. peperit Mafredū Regē, q̄ post Cōradū ex testamētaria Patris dispositione in Regnū successit an. 1258. vt infra, & Cōstūmū, q̄ Carolo Iōāni Batafō Despōtæ Romanicæ nupsit; ad quā an. 1252. à Rege Cōrado è Sicilia eiecti Galuanus, & Receptus de Lācea fratres, & Bonifacius de Anglono Mafredi, & Cōstātiæ auctuli cū vxoribus, & filijs cōfugere. mortuo autem Despota viro in Valentiam reuerſa, anno 1313. obiit, & in templo S. Iōannis sepulta est <sup>a</sup>.

Blacā verò Imperatori sacramentali cōiugio p̄ Berardū Archiep. Panormit. copulatā legob. eāq; spōsaliū tēpore iā pridem eūdem nuptiarū caussa Comitatu Grauinæ donasse refert Anonymus eius scē tēporis scriptor his verbis: *Cū autē Cōradus esset in Alemania, Mafredo, quē Imperator præ cæteris filijs dilectissimum, & in aula sua nutritum, suisque documentis instructum, Principem Taranti cōstituerat, concessit Comitātū Grauinæ, Tricarici, Montis-Caucoſi, necnō & Honorem Montis Sancti-Angeli, quem Comitatum Imperator, ipsius Principis matri sponſaliam tempore nuptiali donatione fuerat largitus.*

*De filijs nobis Friderici Imperatoris.*

Plures insuper ex vetito concubitu filios suscepisse Fridericum Imper. nemo est, qui non scripserit.

Entius Sardinicæ, vt ab ea Insula Ianuenses precibus Pisanorum eijceret, à patre præfectus est, mox ille nauali classe Ecclesie Prælatos Romam à PP. Gregorio IX. an. 1239. accitos, vt solemnī concilio Fridericum ob scelera, Regno deturbarent, non longè à portu Pisano cepit ad patris imperium, qui (vt referunt) ita scripserat.

*Omnes Prælati, Papa iubente, vocati.*

*Et tres Legati veniant huc vsque ligati.*

Præfules iam captos Amalphim carceri mancipandos misit. Sed dum Bononiam obsidione premit, ab Apost. Sedis Legato copiosa Bononienſium manu instructo ipse Entius capitur, & terrea inclusus cauea, ab. 1272. mensē martio e mortem subire cogitur. eius cadauer Bononienſes in Diui Dominici honorificè condunt.

Fridericus de Antiochia alius Imperatoris filius (vt suprà vidistis) ex vxore Margarita Romana duos filios habuit, *Soldā*, quā nō bene Margaritā appellat Maurolycus, Bertholdi Sueui Marchionis de Herēburch spōsā. hæc Beatricē Opicij Spinolæ cōiugē genuit. fuit Cōradus alter Friderici de Antiochia filius, aliquādo de Capycio à Comitatu Capycij in Sicilia nūcupatus, hic etiā an. 1265. Comes Albæ, Cclani, & Abrutiorū, inde à Rege Petro primo, vti Cōstātiæ Regine cōsobrinus in Cataulonia oppidis Albayde, & Carriboli donatus est, h ex Cōrado hoc, & vxore Beatrice Galuani II. Lācæ Fūdorū Comitiss filii, nati sunt Fridericus, & duo Panormitani Archiepiscopi, Bartholomæus an. 1305. ac Franciscus. an. 1311. Mortuo Friderico primo fratre anno 1305. à successit in Comitatu Capycij, eius filius nomine etiā Fridericus, qui fuit dominus Mistrectæ, Serrauallis, Guzzectæ, Castrimaris de Gulfo, Burgedi, Calatabilloctæ, & Calatabuturi, & vxorē duxit Margaritam Consolo. sed cum ad Gallos defecisset cum fratre Henrico, & consobrinis Fracisco, & Simone de Antiochia, an. 1337. his bonis priuatur à Rege Frider. II. teste Fazello f. 525.

G

Richard-

a ex Sur. l. 58. 105.

b Ioannes Cuspinus. apud Sur. tom. 1. l. 3. Matth Paris in hist. Anglic. Angel. de Constant. init. sua hist. fol. 105. apud Abū Lajarinas. & Parami de Monar.

\*Blance.

c Surit l. 9. ca. 61. fol. 417. 420.

d Hzon. an. 1239. nu. 43. ex Mauroly. li. 3. f. 116. duo Card. tres legati, & alij Præfules capti sunt.

e ex Recordano Malspina de antiqu. hist. Florē. c. 180. fol. 126 & ca. 197. f. 191.

fl 3. f. 118.

g ex tabul. Archim. Messanæ.

h Surit. fol. 368.

i idem.

k nos t. 1. f. 485.

*Richardum* quoque Ciuitæ Comitem, Marchiæ Ducem, ac Romanæ præfectum, atque *Henricum* Corsicæ Regem affert Maurolycus lib. 3. fol. 118. Imperatoris liberos.

Fœminas etiam nothas has habuisse prognatas Imperatorē lego. *Violantam* anno 1239. ab eodem genitore *Friderico* nuptui traditam esse *Richardo* Casertæ Comiti *Raynaldi* de *Raynaldo* genere Galli in Sicilia Imperialis Ducis filio perhibet *Dux* *Guardiæ*.

*Stemmam* *Guillelmi* Comitis *Vigintimilium* in Liguria coniugem fuisse, & ex his natos esse *Henricum*, *Nicolaum*que de *Vigintimilij*, inuenisse in *M. S.* antiq. testatur *Ludou*. *Paramus* Quæstor de rebus fidei in Sicilia.

*Annam* *Thomæ* de *Aquino* *Acerrarum* Comiti nobilitatis genere, & rebus gestis viro præclarissimo nupsisse idem *Dux* *Guardiæ* tradidit e.

*Nalia* *Friderici* filia *Cōradi* *Cajetani* ex nobilibs. genere *Pisani* fuit vxor. ex ijs *Goffridus*, qui anno 1248. fuit Ecclesiæ *Panormitanæ* Canonicus, & facta facultate ab *Innoc. IV. PP.* consanguineo, in fauorem *Gentilis* filij *Neapolionis* de filijs *Vrsi* resignauit, & an. 1251. ab eodē *Pont. creatur* *Diac. Card. tit. SS. Georgij, & Bacchi*.

Tandem non immeritō Imperatoriæ dignitate exiit *Fridericus* in Concilio *Lugdunensi*, vbi ad sanguinis effusionē parati purpureis vestibus incesere e *Cardinales*. Sed ille ad Maiestatis speciem induit, quā in Sicilia maxime insolenti crudelitate exercuit. Nō multo post cum æger decumberet *Fridericus* an. 1250. in *Florentino* *Apuliæ* oppido 6. p. m. à *Luceria* remoto, *Sacramentum* pœnitentiæ à *Berardo* *Archiep.* *Panorm.* suscepit, & testamentum, quod etiamnum plurimorum manibus teritur, scripsit; in quo *Conradū* filium *Siciliæ* Regē, & imperij heredem constituit his verbis: *Conradum si decedere contigerit sine liberis, ei succedat Henricus filius noster, quo defuncto sine liberis, ei succedat Manfredus filius noster. Conrado autem manente in Alemania, vel alibi extra Regnum, statim prædictum Manfredum Baiulum diti Conradi in Italia, & specialiter in Regno Sicilia, cui Principatum Taranti, & alias ciuitates confirmamus. Friderico nepoti nostro Ducatum Austria, & Ekiria in feudum, itaut à Conrado filia nostro herede vniuersali eum cognoscat. Item ut Siculi hinc omnibus priuilegijs, & exemptionibus, prout sepe consobrini nostri *VVillemi* Regis, fruantur, &c.*

Moritur inde die sabbatho 13. Decemb. 9. ind. ann. 1250. eius cadauer, *Manfredi* filij iussu transfuectum, in Cathedrali *Panor.* his adiectis versibus iacet.

*Qui mare, qui terras, populos, & regna subegit,*

*Cæsareum fregit subito mors improba nomen.*

*Hic iacet, ut cernis? eidericus in orbe secundus,*

*Quem lapis hic, totus cui mundus paruit, arcet.*

*Vixit ann. 57. Imperij 38. Regni Hierusalem 25. Sicilia 53.*

*obit an. Dom. 1250.*

Tempore verò *Fazelli* hoc epitaphium sepulchro impofuerant.

*Si probitas sensus, virtutum gratia, census,*

*Nobilitate orti possent resistere morti,*

*Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.*

De

a de fam:  
Tricarica  
f. 418.

b ex scrip.  
Neapol.

c in famul.  
de Aquino  
fol. 44. &  
486.

d ex Ciaco  
mo in vita  
lun. 4.

e ibidem

f Bzou. an.  
1294. n. 7.

g ex Abb.  
Stadenf. in  
chron. ad  
aa. 1250. f.  
221. &  
Maur. l. 3.  
f. 118.

\* hic fuit fi-  
lius Henri  
ci primoge-  
ni Imp.

h apud Car-  
rol. Nigro. in  
hist. Ital. l.  
18. f. 136.

obit? &  
sepulc.  
Imper.  
Frid. II.

i dec. 2. li.  
8. cap. 2. &  
Maur. l. 3.  
f. 118.

Ann.  
Chri.  
1241

1245  
1249

1250

Ann.

Cbr.

1250

IX. f.

cil. R.

Conr.

1251

*De Conrado ex Sueuis III. Sicilia Rex IX.*

CONRADVS mortuo Friderico Cæsare ex Iole Hierosolymitana eius secunda vxore filius ætatis annorum 24. 4, qui tunc in Germania adhuc agebat, patris testamento Siciliae Rex, & eius nomine Manfredus frater in procuratione sufficitur. Scripsit mox Innocentius Papa 6, ne alteris quàm Sedi Apostolicæ (Regnis enim ab an. 1245. fuerat spoliatus Fridericus in Conc. Lugdun.) obedirent. Conradus nihil Pontificis anathemate percussus, è Germania magna Teutonicorum manu in Italiam venit, cui in Sypono Apulie Ciuitate gratulabundus occurrit Manfredus, Regem salutat, Regnumque totum ferè in pace constitutum offert. ad grati animi significationem Rex sub eodem conophæo more regio, solemnique pompa duxit Manfredum, suas illi commisit vices. Inde Neapolim, & plures ciuitates, quæ sub Ecclesiæ vexillis erant, inuadens populatus est. recepto, firmatoque Siciliae Regno, Augusti nomen, Imperiumque in Sueuorum familia retinere studens, in Germaniã redijt.

*De filio, & vxore Regis Conradi.*

Ibi *Conradino* filio trienni, quem non ex Margarita Leopoldi Austriae Ducis 4, sed ex Elisabetha Othonis Bauari Ducis filia 6, vxore susceperat relicto; Italiam cum Bertholdo, Ludouico, & Oddone de Marchionibus Honerburgh, alijsque proceribus Bauaris affinis, & consanguineis repetit. His instigantibus, quos multis mox honoribus, atque oppidorum donis exultit, Manfredum præfectora regia, alijsque paternis bonis spoliat, eiusque auunculos *de Lan-ssa*, & *Anglono* exilio multat. Sed prope Lauellum in Malphia Apulie oppidof, graui correptus morbo, siue venenos, siue in venatione vulneratus suum condidit testamentum 21. maijan. sal. 1253. ind. 12. & *Conradinum* filium heredem, Regnique successore scripsit. Bertholdum Marchionem Horeburch, aliosque Bauaros consanguineos tutores simul instituit: hac adiecta conditione, vt filius, & Regnum Ecclesiæ Romanæ semper subijcerentur. i eodem die ætatis sue anno 27. Regni 4. electionis Imperij 16. mortuus est, cuiusque cadauer (licet Neapoli sub augusto marmore conditum Mazella 4 testetur) in Cathedrale tamen Messanense templum delatum, priusquam sepulture mandaretur, casu, nescio, quo excitatus ignis, dum iusta peragerentur, absumptus: in cuius tumulo hoc legitur distichon.

*Imperio præsans forma Conradus, & armis  
Pro meritis cineres dat tibi Zancla suos.*

*De Conrado II. ex Sueuis IV. Sicilia Rege X.*

CONRADVS II. quem *Conradinum* vulgò dicimus, iure, & paterno testamento æt. suæ an. 3. in Regnum successit sub Marchione Bertholdo tutore, qui mox Sedis Apostolicæ fidei, officio se, & puerum Regem, iuxta Conradi præceptum, obsequentes offerens, ad PP. Innoc. IV. suos transmisit oratores. Comes quoque Ruffus de Calabria genere, qui ex tutoris Regis confirmatione, Conradini vices apud Messanam subierat, Falconem Ruffum nepotem, Ray

a ex Anony-  
mo M. S.  
de Cōrado.  
1º succes-  
sionis.  
b Bzou an.  
1251. n. i.

c ex Anony-  
nimo, &  
Sur. 1. 3. c.  
69.

d Maur. l.  
1. f. 119.  
e Anonym.  
Fazel. fol.  
482. Ma-  
zellus 434

f ex Anon.  
g ex Faz.  
f. 482. & c.  
h ex Pibol.  
Lucensi.

i ex Anon.

Kf 438.

l nos Latius  
l. 1. f. 335.

1º succes-  
sionis.

1253

X. Si.

cil. R.

Conr.

II.

a ex Anon.  
nym. l. c.

b ex eodem

c Anonym.  
& Smr l. 3.  
c. 09.

d ex iisdem.

e ex Anon.  
fap. Brou.  
ann. 1251.  
nu. 210. &  
181.  
g ex reg. a  
pud Neap.  
ipfias, Ale.  
xand. PP.  
& auctogr.  
in tab. l.  
Panor.

naldum Episc. Syracusanum, & quatuor viros relig. cōs Dominicanos, ac Franciscanos hac de causa destinavit. Eos omnes respuit statim Pontifex, perscripsitque: Siciliæ Regnum ad Romanam Eccles. devolutum esse. His perceptis Manfredus, vt Bertholdū ex nepotis Conradini tutela, & Ruffam è Sicilia, & Calabria regimine deturbaret: Regnum ambiens ad artes se conuertit; & à proceribus Siculis, & Neapolitanis se constitutum dictans, Pontificem sic est allocutus: *Sanctus pater Apostolicus, ad quem vice Dei deferretur, pupillorum præcipue deferretur, me, qui causam pupilli Regis nepotis mei gerendam ex sola illius ætatis imbecillitate miseratione suscepi, ab administratione non deturbet, imò auxilium tribuat, pupillumque Regem, cui pater eius in ultima decreuerat voluntate, in matris Ecclesie sinu recipiat; & si Summo Pontifici placebit terram pupilli regere, paratū me offero, sine præiudicio tamen Regis, & meo.* Cū nihil tunc exorasset, animum non despondit, sed mox venienti Pontifici ad Ceperanum, obuiam processit, & equi, cui insidebat Pontifex, frenum discooperto capite tenens vsque ad Garagliani Pontem deduxit, & tanta dexterritate simulationis partes obruit, vt in Pontificis gratiam receptus, ius Principatus Taranti à Friderico patre acceptum, non solum sibi cōfirmari à Pont. exoravit, verum & nouis honoribus immixta tutorum Bauorum auctoritate, donatus sit. Cū autem interim Cardinalis G. tit. v. Eustachij Legatus Sedis Apost. & ipsius Pontificis cōsanguineus non administratorē ageret solū, sed perinde ac si Siciliæ Rex esset, & contra Regis Conradini, atque Manfredi Principis iura à Comitibus, Baronibus, alijsque, imò etiam ab ipso Manfredo fidelitatis iuramentum exigeret: de ea Regis iniuria apud PP. questus est Princeps. Verū dum rem vlcisci curat Innocentius, Neapoli 5. decemb. an. 1253. decessit. Inrerpontificium magno sibi adiumento futurum ratus Manfredus, ad Regnum occupandum adiecit animum, tantumque Bartholdo hosti, Legatis, cæterisque Cardinalibus incussit timorem, vt illi Neapoli abscedere cogentur. Vbi verò Raymundus Episcopus Ostiensis Pontifex, qui dictus est Alexander IV. sufficitur, Manfredum euocat, de Borrelli Angloni nece, iniuria Sedi Apost. eiusque Legatis illata, alijsque flagitijs rationem redditurum. Sed cū ille coram Pontifice se sistere abnuisset, anathematis vulneri istus est. Pontifex instructo exercitu iniurias vlturus, Octavianum Vbaldinum Cardin. tit. S. Mariæ in Via-lata Legatum copijs, Petrum Ruffam Catanzari Comitem, Siciliæque Baiulum, atque Bartholomæum de Pignatellis Archiepisc. Cosentinum maritimæ classi præfice: Messanensem Ciuitatem, quæ ad Manfredum inclinabat, in fide Ecclesie Romanæ per epistolas confirmat. Ad Panormitanos quoque Principem in Sicilia populum, vt in illis Regni turbis aduersus Manfredum sibi deuinctos haberet, diploma rescripsit Neapoli, quod ipsi maximi faciūt, nec immeritò: quæ enim à Regibus in Panormitanam Urbem collata sunt beneficia, hæc omnia ibi Pōtificis auctoritate firmantur. En illud,

*Alexander Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs Panormitanis salutem, & Apostol. benedict. Ex sincera acustionis affectu, quo nos, ac Ro.*

Ann.  
Chri.  
1254

Romanam Ecclesiam matrem vestram filiali deuotione honorare, & venerari ductimini; proce dit, ut vos speciali prerogatiua fauoris, & gratia prosequamur. Hinc est quod nos vestris deuotis supplicationibus inclinati, OMNES HONORES, LIBERTATES, PRIMATIAS, & IMMUNITATES a clara memoria Regibus Sicilia per priuilegia, vel alias rationabiliter vobis indulta auctoritate Apostolica vobis in deuotione Ecclesia persistentibus confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum a. Datum Neapoli 14. Kal. Febr. Pont. nostri anno 1.

Sed cum ex Sueuiab, vbi Conradinus degebat, falsus perlatus effect nuncijs de ipsius obitu, Manfredus, qui iam diu Regno Siculo inhiabat, atque Conradum I substitulerat, Siculos ad suam fidem versipellis alliciebat, ac plura occupauit oppida. Cum a Pontifice causam dicturus vocaretur, noluit coram illo se sistere; anathematis ergo vulnere illum Pontifex sauciauit, & per epistolas monuit Messanensis Ciuitatis, quae Manfredo adhærebat, Vicarium, & populum, vt se subditos Ecclesiae Romanae meminerint; sed recepit deinde hominem in gratiam Pontifex, & Regnum illi Siciliae cum Neapolitano contulit.

Per id temporis Frater Ruffinus ordinis Minorum Sedis Apostol. Legatus Siciliam penè rotam, Messanam verò Io. Colūna Romanus Archiep. Messan. & Iacobus de Ponte Ciuitatis Praefectus Apostolico nomine regebant. Verū cum Fridericus Lancea auunculus Manfredi datis litteris Neapol. 8. Sept. 13. ind. 1258. recepto nuntio à Vvillelmo Vigintimilio Comite: quod plures primores Siciliam ad defectionem cogissent, ab ipso Manfredo Vicarius in illa, & Calabria ad populos in sua fide continendos constitutus in Siciliam appulisset, metu illi percussus aufugerunt. Messana verò, totaque ferè Sicilia ad Manfredum defecit, exceptis solum Platia, Enna, & Aydone: quas vrbes deinde ad deditionem coegit Fridericus. Rebus in Sicilia compositis, in Calabria anno 1256. coactis comitijs Manfredus Bertholdum, eiusque fratres Oddonem & Ludo. Marchiones Germanos honoribus, ac bonis; Petrum Ruffum Catanzari Comitatu, alijque titulis, vti conspirationis cōtra eum auctores spoliati: auunculos verò suos Galuanum Lanceam Principatus Salernitani, eius fratrem Receptum Squillacij, Henricum Spernariam Marfici Comitibus exornat.

De Henrico filio Frider. Imp. ex Elisabetha.

Henricum fratrem tunc æt. annorum 17. de quo in testamento Friderici fit mentio, ex Elisabetha Anglica vxore exortum, & in Germania nutritum, inde in Sicilia sub Comitis Petri Ruffi tutela, & anno 1246. Neapoli Proregē cum consilio Procerum à patre constitutū, ne in Regni acquisitione Manfredi obliteret, ipse venenos, vel ferro interimendum ab Ioanne Mauro apud Sanctū Felicem Basilicatæ curauit.

Lacrymis falsò Conradinum nepotem defunctum esse in Germania, publicè simulat. Inde mensē april. an. 1258. Messanam veniens

Alex in diplom. oēs primatias, & immunitates Panor. confirmat.

in tab. et his Panor. autograph. est. b. Faq. Anony. & c.

ex Brou an. 1251. m. 10. & 113

dnos li. 3. m. 3. f. 287

e in cæcell. Neap. fol. 113.

f ex Belr / 30.  
2 ex Barb  
Nicastro  
Mess. l. 1. D  
3 ex Ant.  
Archiepif  
Flor 3. p  
chr. m. 20.  
112.

1256

1258

a in prinl.  
eccel. Pane.  
ann. 1258.  
26. Apr.

b ex Anonym.  
n. l. c.

\* si duofra  
tres erant  
Alphosi A  
ragome R.  
ex Surial.  
3. c. 78. fol.  
200.  
c ex cod.  
Sar. &  
B70u ann.  
1276. n. 8.  
d apud A  
nonym.

e B70u. an.  
1265 n. 1.

f ex Sur. l.  
c.

g hist. Nea  
pol. p. 1. l. 4  
f. 69.

b Sumant.  
in hist. Nea  
pol. l. 2. fol.  
372. Mau.  
l. 4. f. 112.

niens maximo honore exceptus (licet ipse adhuc Conradi II. Baviu-  
lum eo tempore se appellet a) Rex salutatur, paucis post diebus  
terrestri itinere Castrum Ennz a patre constructum, & Apostolici  
Legati iussu dirutum reedificauit, & Panorum Regiam petijt. Re-  
liqua de Manfredo post Conradinum dicemus.

Interim Elisabetha Conradini mater, ac eius frater Bauariæ Dux  
suum Marecallum Comitem Guferabuchi, vt cum Pontifice Cle-  
mente, atque Manfredode rebus Conradini filij componendis age-  
ret, e Germania in Sicilia miserunt b. Sed Pontifex ita respondit:  
*Conradino, cui iure hereditario utrumque debetur Regnum, ob stare im-  
maturam etatem ad obsequendum Manfredi viribus imparem, sobolem ve-  
ro Fridericorum, qua Regno fuerat spoliata ob preteritis am contra Ecclesiã  
Romanam perfidiam, suspectam sibi esse. Reigitur infecta Comes in  
Bauariam redijt; illuc autem simul traicere viri illustres Comites  
Galuanus, & Fridericus Lancea, Conradus Capycius, ac Marinus  
germani ad suscitandum, (vt loquitur Anonymus) catulum dormien-  
tem. Horum tandem, atque suorum familiarium suasu Conradinus  
maximi cum Germanorum manu, & Friderico Austriæ Duce,  
cuiusque germano fratre Henrico \* Senatore Romano, Pisanis quo-  
que, Senensibus, lanuensibus, atque Guidone de Montefeltro illius  
signa sequentibus e Germania ad Neapolitanum Regni fines vsque  
peruenit c. Tunc Conradus Capycius Siculis has perscripsit litteras d.*

*Ecce Rex noster cito veniet in celebri magna potentia maresate, in ma-  
nu potentis, & brachio excelso nimis, veniet tanquam verus dominus Rex,  
& naturalis successor ad hereditatem sui regiminis, & patrimonij, & gre-  
gem non sua possessionis, quo possessor violentus abutitur, liberare disposuit,  
& teere. Tam in antiquis splendorum progenitorum suorum libertatibus con-  
suetudine, &c. His permota litteris tota fere Sicilia, Panormo, Mella-  
na, Syraculis exceptis, in Conradini fidem redijt. Carolus interim  
Andegauenium Comes, cui Pontifex Siculi Regni iura dederat, la-  
ta etiam contra Conradinum anathematis sententia e; quod se Sici-  
liæ Regem appellaret, vbi Conradini aduentum rescivit cum de-  
lecti militum manu, & insidijs accurrat; tres horas pugnatum est,  
fuso Conradini exercitu; die 23. aug. an. 1268. cæsis duodecim mill.  
Germanis, viri principes capti sunt Fridericus Austriæ Dux, Hen-  
ricus Romanorum Senator (hic se in Cassinensi cœnobio abdidit,  
sed ab illius Abbate traditus est Carolof) Galuanus dominus Fun-  
di, atque eius filius Galeoctus Lancea in Asturia ab Ioanne Frangi-  
pane capti, eidem Carolo traduntur, capiteq; plectuntur; ac castello  
Fundi, alijsque bonis priuantur g. Conradinus mutatis vestibus fu-  
gerat, sed cum nauiculatori anulum dedisset maximi precij, fuit ag-  
nitus, & Carolo traditus. Tandem die 26. octob. 1269. ætatis sue  
an. 18. Conradinus cum Friderico Austriæ Duce consanguineo, Co-  
mitibusque Pisanis in scenam Neapoli ductus est, capite minuen-  
dus, ibique hæc ait: *nunquam ego Ecclesiam offendere, regnum meum  
solum recuperare velui, sed hanc iniustam necem aliquis meo iunctus san-  
guine videretur, & simul Henrico Castellano amita sue Beatricis fi-  
lio (is postea perpetuo addictus est carceri) sua regni iura tradidit,  
iacta in medium chirotechæ hereditatis tessera, vt ad Petrum b Ara-**

gonium

Ann.  
Chri.  
1258

Anno  
Chri.  
1258

gonium afferretur, iniquam mortis sententiam Robertus de Bario Neapolitanus Protonot. a tulerat. Sed rei indignitate permotus Robertus Flandriæ Comes Caroli generi iudicem ense transfigit b. Conradini cadauer infelix mater Elisabetha, quæ è Germania ad eum redimendum venerat, deinde in augusto sepulchro condendum curauit; & in platæa, vbi occisus est, hoc legitur distichon.

*Asturis vngue leo pullum napiens aquilinum  
Hic diplumauit, acephalumque de dit.*

1258  
XI. h  
cil. R.  
Maj.

*De Manfredi ex Sueuis V. Sicilia Rege XI.*

MANFREDVS Tarantinus Princeps Panormi, non autem in Mōteregali ( vt falsò credidit Io. Villanus ) more maiorum, Monteregaliensi, Salernitano, & Tarantino Archiepiscopis, alijsque Siculis, & Calabris Præsulibus ( quos deinde PP. Alexander IV. ab ecclesiæ communionem reiecit, honoribusque priuauit d ) adfistentibus ann. 1258. die 10. aug. ind. 1. e corona redimitur, ac sacro oleo vngitur à Raynaldo Episcopo Agrigentino. hanc coronationem ita testatur ipse Manfredus in dipl. dato Pan. 17. mensis eiusdem aug. in ecclesiæ Panormitanæ gratiam.

*Dum f. Reges Sicilia, & Imperatores progenitores nostri in Panormitana Ecclesia honoris excellentis insignia in vita consueuerunt accipere, & post facta quiescere in Domino dormientes, vbi etiam celsi præsidio clarum saluiter suscepimus diadema. Constituto in Sicilia iuuuatiario Friderico Areno, & Præside Comite Rexani Frider. g Malesta suo confanguineo; Neapolim mox reuertitur, & apud Barolum Apuliæ ciuitatem in publico conuentu plures cingulo militari, & aliquot Comitatus honore condecorat, atque tota in Italia, vbi dignitatis paternæ præfulserat auctoritas, imperio suo plura decernit: Vbertum Marchionem Pallauicinum virum prudentem, & nobilem, ac de patre Imper. benemerentissimum in Lombardia, Iordanum de Anglono Sancti-Seuerini Comitæ confanguineum suum in Tuscia, Perciuallum de Oria affinem, & familiarem in Marchia Anconitana Ducem, & Vicarios statuit, quorum studio Cremona, Papia, Placentia, Brixæ, & plures aliæ ciuitates Manfredi Regi, eiecto è Romania tyranno Ezellino, parebant b.*

Interea quidam infimæ conditionis vir Ioannes de Calcaria Siculus Fridericum II. simulauit Imperatorem, & dicebat vaser se diuino impulsu oraculo, vt crimina expiaret, nouem annis abdicato Imperio peregrinatum, ac nunctandem ad imperatoriam redire dignitatem, secessit ille ad Montem Aethneum prope Centorbiū, cuiusque litteræ ad diuersas vrbes conscriptæ aliquos commouerant; sed Montem illum obsidens, Ioannem, & assecas capis, ac Manfredi Regis iussu patibulo suspendit Richardus Filingerius Marsici Comes, tunc Siciliæ Præses i.

1260

Anno 1260. apud Viterbū mortuo Alexandro Rom. Pont. Vrbani IV. Manfredum à præcessore Alex. anathemate ictum nouis execrauit diris. anno 1255. 16. nouemb. ind. 13. h Henrico Anglorum Regi iura Regni Siculi, & Edamundo eius secundogenito Pōtitifex tradiderat his conditionibus: *vt fidem sacramento polliceretur*  
Apo-

a Beltran.  
94.  
ex Colen-  
ant. f. 187.

in sua bi-  
Nor. p. 1. 16  
c. 47.

Inos 1.1.  
not. 3. fol  
113. & 131.  
155.  
Eaz. dec.  
1 f. 178 &  
118. ca 3  
malè affir-  
mat auariff  
se an. 1256  
f. integrum  
in not. Pā.  
f. 144.  
g Frider.  
ex Fazelli.

b ex Ano-  
nym. 16.

Imper.  
fictus.

i ex eodem  
Anonymo  
latini.  
Rex Barō.  
12 f. 48 c

*Ioannes* III. Baro *Abule* ap. 1452. 17. iulij 1. ind. s. Huic nupsit *Beatrix* de *Cuilles* filia *Berengarij* II. de *Cuilles*, atque *Constantij* nepotis *Beatrijs* *Gabrielis* de *Paulo* Baronis *Heraclej*, seu *Terræ noue*, cum dote oppidi huius. His primogenitus *Gaspar* de *Aragonia*, & *Cuilles* an. 1471. 13. nouemb. 5. ind. b successit in *Baronias* *Abule*, & *Terræ noue*. Qui ex vxore *Clara* de *Aragonia* filia *Ioanis* II. de *Aragonia* duos genuit filios: *Beatricem*, de qua mox dicemus, 2. *Carolium*, qui intans per nutricem matrem an. 1483. 17. sept. 2. ind. *Baroniarum* adeptus est possessionem, & an 1506. Rà Rege *Ferdin.* II. confirmationem.

Ex *Carolo* hoc, & coniuge *Iulia* vidua ex *Carolo* de *Luna*, & *Perala* cum dote oppidi *Iulianæ* sibi adsciti iure dotium de bonis primi viri, exorta est *Antonia* *Contessa*, quæ iure materno ex testamento successit in *Iulianam* anno 1502. 6. ind. m hæc (vt infra) iussu obuentis patris, *Francisco* de *Aragonia*, & *Tagliauia* post nupsit.

*Beatrix* de *Aragonia*, & *Cuilles* soror *Caroli*, *Ioanni* *Vincentio* *Tagliauia* primo ab an. 1520. *Castelli-Veterani* *Comisi* filio *Antonini* *Tagliauia* ultimi *Castellietrensis* *Baronis* nupsit, Ex *Io.* *Vincentio* *Beatrix* quatuor peperit liberos

1. *Franciscum*, qui primùm materno cognomine de *Aragonia* nupciatus est; & vnica hæredem omnium bonorum, maximè oppidorum *Abula*, & *Terræ noue* *Antoniam* *Contessam*, (hæc adhuc in nupta anno 1513. 1. ind. successerat eius patri *Carolo* de *Aragonia*) matrimonio sibi copulauit; ex ea verò nulla fuit *Francisco* mox obuenti proles.

2. *Petrum*, cui ex testamento *Caroli*, quodd in *Comitatum*, & alia bona fratris succedere deberet *Antonia* *Contessa*, sponsa oblata est. sed is cælibatam vitam ducere decreuerat, eam respuit, & sacris initiatus an. 1537. *Episcopus* *Agrigent.* an. 1545. *Archiepisc.* *Panor.* mit. an. 1553. sub *Iulio* *PP.* II. *Presbyter* *Card.* tit. *S. Callisti*, ann.

1557.

in can. v.  
eo. an. f. 70.  
Abula ofi  
mus Regi  
ta Aleome  
e Capib.  
erraris. fo.  
700. &  
732.  
in can.  
an. 1388  
1892. f. 36.

c ex Cap.  
terraru.

l ibi f. 382

ibi. f. 253.

ibi. f. 439.  
& 798.

ex actis  
nos. Ioann.  
de Adaynal  
de Calata  
buert. 5 Ia  
nuar. 11. in  
dit 1432.  
b can. ec.  
an. 1470. f.  
120. & fo.  
152.

ibid. f. 45.  
ibi f. 823  
lex capib.  
terraru fo.  
181.

m cancell.  
eo ann. fol.  
222.

Reg. fa-  
mil. Ara-  
gon. ad-  
iucta Ta-  
gliauia  
fioret in  
Sicilia.

in can.  
eo ann. fol.  
751. & lib.  
mucif. f. 25

Ann.  
Chri.  
1330

mo Italiae concilio etatis suae an. 22. Regentem, emortuum omnes deplorauiamus.

3. *Didacum* equitem commendarium S. Iacobi, ac à clauē aurea Regis. Messanae Strategum, primū totius Neapolitanae, post Siculae equestris militie Ducē. Iste fratri Ioāni natu maiori sine filijs successit in omnes dignitates Comestaboli, & Amirati Siciliae, in titulos Principatus Castra-veterani, ac Comitatus Burgeſti iure profapie Tagliuiae; Ducatus Terrae-nouae, ac Marchionatus Abulæ iure stirpis regiae Aragoniae, Marchionatus Fabariae, & dominatus S. Angeli iure familiae de Marinis, Marchionatus de Vallie in India occidentali iure vxoris Stephaniae Cortesiae, & Mendozae vnicae haredis Petri filij, celeberrimi Ferdinandi Cortesib. ex his orta est Ioanna, quae nuptui data est cū dote Marchionatus de Vallie Hecſtori de Pignatellis ab an. 1642. Marchioni 1. Caroniae in Sicilia, filio Ducis Montis-Leonis. Hinc maximè floret in Sicilia progenies Regia Aragonia. Ad Fridericum illius parentem redeamus.

Fridericus Rex senio, bellico labore, & podagrae dolore confectus apud Paternonem, condito testamento *Petrum primogenitum* Regni Siciliae, eiusque coadiacentium Insularum, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae haredem scripsit. ceteros verò in Athenarum, Neopatriaeque Ducatu haredes instituit. Sed voluit, vt vni sine legitimis filijs decedenti alter, hisque obeuntibus Rex Aragoniae succederet. precepit, vt Petrus, quidquid Romanae deberetur Ecclesiae, statim persolueret, & fideicommissarij essent vxor Aleonora (quae post an. 1343. in domino requieuit 5. id. aug. Catanæ franciscanam professā disciplinā) Petrus de Montecateno Episcopus Syracusanus, Franciscus Vigintimilius Giracij Comes, Petrus de Antiochia Cancellarius, Raymondus Peralta, & Blasus Alagona Mag. Iustitarius. Obijt deinde Rex æt. suae an. 65. sal. 1336. 12. Kal. iulij, Regni an. 40. & Catanæ sepelitur. haec carmina in Friderici obitu scripta afferunt auctores e.

*Qui tumulus caperet Friderici nomina Regis :*

*Murus erat Siculis longe certamine legis  
Diuina cultor, humani iuris amator.  
Occubuit, scandis caelestia regna viator.*

*Aurea Trinacria sub te duce floruit atas :*

*Nec potuit quisquam regni sibi tollere metas.  
Qua Friderice queant Rex de te carmina fingi.  
Dignus eras Siculis diuorum nomine pingi.*

*Sicania populi merent. Caelestia gaudent  
Numina. terra gemit. Rex Fridericus obit.*

*De Petro ex Aragon. IV. Sicilia Rege XVI.*

**P**ETRVS II. Panormi anno 1321. f. vt supra vidistis) de more maiorum regijs infulsis ornatus, ex parentis Friderici II. testamento anno 1336. 12. Kal. iulij suscepit Regni gubernacula; vt ex diplo-

a in Capib.  
terrarum  
f. 450.  
b de hoc  
Ferdinā.  
praclara  
leges apud  
hisor. hi:  
spanos, &  
script. de  
India.  
obit, &  
sepulc.  
R. Frid.  
II.

c surit. 12.  
l. 1. c. 25.  
dnos l. 3.  
f. 41.

e M. S. ebr.  
de Platts.  
l. 2. fol. 18.  
Manr. l. 2.

1336  
XVI.  
Rex  
Sicil.  
Petr<sup>o</sup>  
II.

ius suc-  
cession.

a inuit' Fa  
rel dec. 1.  
18.

b VVad  
ding. ad a.  
1338. n. 20  
c Sur. 7.  
c. 44

c Sur. l. ci.  
& Fazel.  
528.

d Sur. 10. 2.  
1. 7. c. 48.  
e ad ann.  
2343. nu.  
23 & not  
1. 3. f. 40.

f nos l. 1.  
not. 2. fol.  
348.

g Mld. fol.  
395. & Fa  
zel. f. 544.  
h nos li. 3.  
not. 3.

i nos l. 1.  
f. 346.

k Brou an.  
1339. nu.  
14.  
l Faz. fol.  
560.

m Sur. l. 2.  
l. 9. c. 17.  
n l. 7. c. 44.  
& l. 8. c. 36

diplomatis altero 23. martij, altero 19. maij 1340. quorum autographa inter Vrbris Panormitanæ tabulas legi, aperte his verbis declaratur: *Petrus. Si Pahormitanam Vrbrẽm sicut aitis titulo, sua fidelitatis meritis insignitam, in qua prædecessorum nostrorum Sedes, & gloriosa cunabula claruerunt, & ipsi prædecessores nostri Reges, & Principes priuilegijs, immunitatibus, & gratijs plurimis decorauerunt. Nos etiam, qui Dei nutu ab illis Regibus, atque Principibus originem traximus, atque in eadem Vrbe ortum habuimus, & Sceptrum Regis suscepimus. Anno 1338. Oratores F. Guidonem de Sancta, & F. Michaelẽm de Marsala Netinum Minoritas viros præclaros, vt à Sedis Apost. Præsidente Benedicto XII. benedictionem, & Regni confirmationem exorarent, destinauit. Pontifex verò, vt pax inter Robertum, & Petrũ Reges iniretur, Gozium Constantinop. Patriarcham, & Racceriũ Episcopum Vasionensem Legatos ad Petrum Messanẽ agentem misit. Sed cum Messanenses, Legatos Apost. cum Regis Roberti vexillo portum ingressos vidissent; inuilibus, & machinis repulerunt. Quocirca ira præciti Præsules, diplomate pontificio ad littus relicto, Sicilliam omnem diris execrantur.*

*De Vxore, & filijs Regis Petri II.*

*Elisabetham Henrici II. Carinthia Ducis, Boemiaque Regis prognatã an. 1323. duxerat vxorem Petrus Rex, & his insignitus inde est titulus d. Ex ea post septem foeminas, tres filios habuisse hausit VVadignus ex histor. Beati Gerardi Franciscani ordinis.*

1. *De Ludouico* inter mares primò ex voto ad S. Ludouicum Epif. Tolosæ an. 1337. 4. fe. Catanẽ genito, qui an. 1342. noster fuit XXVII. Rex, latior post erit sermo.

2. *Ioannes* fuit secundo loco natus an. 1339. & ætate annorum 13. è viuis sublatu ann. 1352. 22. iulij, in eadẽ Conuentali S. Francisci Messanẽ cum matre Elisabetha conditus est f.

3. *De Friderico* tertio apud Catanam 1341. nato, primùm Athenarum, & Neopatriæ Duce, post an. 1355. XXVIII. Siciliẽ Regem intra loquemur seriùs.

*De eiusdem Regis Petri filiabus.*

1. *Constantia* fuit secunda Clarissarum Messanensium Abbatissa, & Regni Vicaria g.

2. *Euphemia* etiam in eodem monasterio S. Claræ Monialis, & in Sicilia Vices fratris Ludouici Regis gerens, obiit an. 1359. apud Cephalædum b.

3. *Blanca* 4. *Aleonora* 5. *Violanta* captę proditione à Messanensibus anno 1357. traduntur Ludouico Neapolitano Regi i, postea per litteras apud Villam nouam Viuonen. diec. Kal. iunij pon. ann. 7. PP. Innocentij VI. libertati restituntur k.

*Blanca* reculato cum Simone Claramontano matrimonio l, cum Ioanne Ampuriorum Comite, Blancę Tarantinę Principis, Raymundiq; Berengarij (qui Petri IV. Regis Aragonie fuit auunculus) filio copulata est. ex ijs nata est *Aleonora Ampurioris Comitissa*, quã neptem ex forore Blanca in suo testamento appellat Aragonie Regina *Aleonora* m.

*Aleonora* quarta Regis filia, quam natu maiorem credit Surita. n  
diu

Ann.  
Obi.  
1336

1338

1340



Ann.  
Chri.  
1340

olim in monasterio Messanensi cum Catherina amita, & Constantia sorore educata, vt Petro IV. Aragonum Regi, post Comitissæ Ampuriorum obitum sponsa traderetur; è Barcinone Messanam an. 1340. 13. iunij appulerunt regij oratores Calcerandus de Angelo sada dominus Belbuch maior domus, Lupus de Gurra Camerarius, & Matthæus Mercer triremium præfectus qui Aleonoram, Comite Mattheo Palitio, & Claramontanis recusantibus, Valentiam, vbi nuptiæ celebratæ sunt, uexerunt. Hæc Regina Aleonora tres peperit filios, 1. *Ioannem* huius nominis primum Aragonum Regem, an. 1338. sine liberis defunctum. 2. *Martinum* Montis-Albi Ducem, iure vxoris Mariæ Comitem Lunæ, & XIX. Siciliæ Regem. 3. *Aleonoram* Ioannis II. Regis Castellæ prognatam. Ex ista Aleonora II. nepte nostri Regis Petri II. quæ an. 1410. excessit, nati sunt Henricus iij. huius nominis Rex Castellæ, & obiit an. 1407. Ferdinandus Alburquerque, & Mayoricæ Comes, atque Pignaselis Dux, noster XXI. siculus Rex, ac Constantia Friderici iij. nostri Regis coniux. Horum auia, Petrique II. Regis nostri filia anno 1374. 12. iunij Barcinone graui correpta morbo per tabulas testamenti hæredem Martinum secundò-genitum Montis-Albi Ducem instituit. Ioanni verò Peraltæ ex Aleonora filia Ducis Athenarum Ioannis cõsobrini, & Guillelmo Peralta nepoti, 12m. solidos annuos legauit. Ad *Violantam* quintam Regis Petri filiam redeo, eamque scriptores Hispani huius Ioannis ij. Castellæ Regis vxorem fuisse perhibent. Sextam, & Septimam Petri prognatas in infantili defunctas ætate describunt.

Petrus tandem in oppido Calaxibetta, vbi templum Parochiale cum Canonicis D. Petro Apost. dicatum exererat; periit 6. idus augusti 1342. cadauer illius, Suritas, & Fazello testibus, sepulchro porphyritico Friderici Imp. atauis, quod Panormi est, illatum fuit. Sed Petri coniux Regina Elisabetha in ædem Messan. S. Francisci an. 1349.

De Ludouico ex Aragonen. V. Sicilia Rege XVII.

LUDOVICVS Petri ij. filius, hæreditario iure cum sextum ætatis annum non attigisset, ac sub matris Elisabethæ, atque patruis Ioannis Randaci, Ducis tutela esset, in Regnũ succedit, & die 15. Septemb. teste Surita b; vel 8. decemb. 13. ind. ex Nostratibus, in Panormitano maiori templo corona regia insignitur. & eius rei testis est diploma ab ipso scriptum; vbi sic ait: *Noua ipselicit nostræ coronationis festiuitas, & ad Regium fastigium nostra noua elatio gloriose merito nos inuitat, vt nouas gratias, atque præmia salici urbi Panormo concedamus, &c. Datum Panormi 15. decemb. 1342.* Sed non ab Archiepiscopo Panormitano more maiorum, neque ab alijs Siciliæ Præsulibus ob Pontificis Romani execrationes id recusantibus, sed ab Ioanne Tolono Franciscano genere Catalauno Adrauillæ Peloponneliacæ Episcopo perungitur, coronaturque. Eodem die Simonem Manfredi Motycæ Comitissæ, atque Regis Senefcalci superstitis filium Comitatus Claramontis, atque equitis aurati titulo Rex honestauit.

Sed Ludouico Rege puero, tota ferè Sicilia fæditionibus repleta,

aide. li. 9  
c. 17.

bidem l. 8  
c. 30.  
c. Alphon  
Lupus de  
Haro in  
nobil. chrõ  
l. 1. f. 99.

d Sur. l. 10.  
c. 17.

obit, &  
sepulc.  
Regum  
Petri, &  
Elisab  
ethæ.  
e nos lib. 3.  
de Ca. ita.  
fl. 7. c. 49.  
g dec. 2. l.  
9. c. 4.  
ius  
succes  
sionis.  
hobij supra  
f. 370.  
coro  
natio.  
i autogra  
n tabul. vr  
bis. & a  
pud Bran  
chi. f. 17.

k Sur. l. c.

1342  
xxij.  
Rex  
Ludo.

vel in Ioannis Ducis, & Alagonorum; vel Palitiorum, & Claramontanorum partes ita diuisa est; vt Panorinus primaria Regni vrbs, eiusque vicinæ ciuitates Drepanum, Marsala, Mazara, Sacca, Agrigentum, & cætera circum oppida à Claramontanis quasi dominis suo arbitraturu regerentur. Messana verò Palicio regio officiosa aduersus Ducem Ioannem, eiecto Regis nostri Castrensi vexillo, ad arcem S. Saluatoris insigne Neapolitani Regis essoret, Comitumq; Matthæum Palitium veluti Regem reciperet. Sed mutata fortuna cum, eiusq; uxorem, & filios trucidarunt b. Catania tandem, Neptum, eiusque Regio Regi sub tutela Alagonorum pareret. Tot, tantisque actus angustijs adolescens Rex, suos ad Romanum Pont. misit oratores, vt res cum Ioanna ex Carolo tertio Roberti filia cõponerentur, & sublato in Siculos interdicto, absolutionisque beneficio indulgõ Regno frueretur. Id annuit Pontifex pridie nonas nouemb. 1347. his pactis: *Vt Sicilia Regnum perpetuo apud Ludouicum esset; qui pro annuo censu ad vniuersarum triamilia Rom. Pontifici in festo App. Petri, & Pauli pendenda teneretur, &c.* Sed mox renouatis Primorum Siciliensium similitudinibus, ad eas compescendas Innocentius VI. Rom. inæ Ecclesiæ Praeses an 1254. Hugonem de Harpaione Sedis Apost. Legatum ad Siculos destinauit, vt ijs suo nomine suaderet: donec Ludouicus Rex ætatis annum vigesimum iuxta Friderici ij. Regis aui voluntatem attingeret; Petrum IV. Aragoniæ Regem, Gubernatorem admitterent. Sed Siculi, quò vno prælio an. 1535. Leontinorum vires; Claramontanorum potentiam, Neapolitani Regis in Sicilia imperium confregissent, Aragonenses, & Catalaunos abhorrentes, Petrum respuere Rectorem d.

Ann.  
Gibri.  
342

a idem l. c.  
Faz f. 333.  
l. nos lib. 11.  
nos. 2. fol.  
349.  
e. nos lib. 3.  
not. 1. f. 42.  
& 43.

d Swita. 2.  
l. b. c. 5.

e idem l. 10.  
c. 17.

fibid. c. 60.  
5. obit,  
& sepul.  
R. Lud.

\* error fuit  
Frider. il  
lius nepos  
& Pet. I  
filius  
\* error  
Martini su  
u cõiux, &  
Frider. III.  
filius.

*De filiis nobis Regis Ludouici.*

Ex Rege Ludouico spurij prognati sunt Antonius, & Ludouicus, & in Regio palatio Aragonensi sub Ateonora Regina eorum amita educati, vt ipsa in suo testamento an. 1374. 12. iunij declarauit e. Antonius in Aragonia Beatrici Petri de Exerica primò genitæ matrimonio iungitur. an istorum fuerit filius Vinciguerra Aragonia, cuius sepe meminerunt nostri annales, anceps fuit. Ludouico in Siciliam venientià Rege Martino consobrino oppidum, siue Baronia Tripis tribuitur f.

Ludouicus Rex eum fratrem natu minorem Fridericum post Friderici consobrini obitum Messanæ, Athenarum, & Neopatriæ Ducem instituisset, apud Acim in læthalem incidit morbum an. 1355. & illum Regni successorem declarauit; ibidem fato functus est ætatis suæ an. 17. regni 12. die 16. octobris. Catanæ sepelitur, sed hoc epitaphium nostris temporibus an. 1604. in scriptu tumulo fuit, quare nõ mirum est si erroribus scateat.

D. O. M. *Fridericus III. Rex, Ioannes eius filius, LUDOUICVS Friderici iij. frater, & hæres. Maria eiusdem Friderici coniux. Fridericus quoque infans Martini primi, & Maria Regina filius hoc unico cõdantur tumulo.*

*De Friderico iij. ex Aragonen. vj. Sicilia Rege. xvij.*

**F**RIDERICVS iij. cognomento Simplex quatuordecim tum nat. us annos, Petri ij. parentis, & Ludouici fratris hæreditario iu.

1254

1355  
xviij  
Rex  
Frid.  
iij.

Ann. 1355  
re apud Messanam agens Rex renuntiatur. Sed quamquam Messanae, & Catanæ diu fuisset, ante annum tamen 1374. 12. ian. ind. 12. cum sedatis Claramontanorum seditionibus Panormum venire licuit, regium cum Ioanna uxore non suscepit diadema. tunc verò fidei iuramentum dedit Ioanni Sarlatensi Episcopo Sedis Apostolicæ Legato. Tam manifestò Procerum contemptu fuit Fredericus iste, ut solo nomine Regem ageret, & Simplex hebesque publicè diceretur. Proceres verò maximè Claramontani, Vigintimilij, Rubei omnia ad libidinem habuerint, oppida diripuerint, vrbes sibi usurpauerint, actandem Aloysum hoitem Regem Neapolitanum, Messanæ, vti Siciliae nostræ Regem salutauerint. Sed anno 1363. Aloysio mortuo, pulsus Gallis, totaque propemodum Sicilia Frederico Regi subiecta, pax est inita cum Ioanna Regina Caroli abnepte, assentiente Gregorio XI. qui Fredericum vnicè diligebat. nonnullis adiectis conditionibus, quas referunt plures auctores b, hac inter cæteras lege: *ut Fredericus abque iuris praiudicio Rex Trinacria, & simul Ioanna Regina Sicilia appellaretur, eaque defuncta, ab omni onere liberetur, & Liparam quoque Insulam recipiat. Frederici filia, desiciente mascula sobole, in Regnum patre defuncto succedat.* Tunc præcepit Rex, ut præsulibus redderetur ea pecuniæ summa, quam ex eorum proventibus decerpserat c ad sustinendum bellum.

*De vxoribus, & filijs Frederici Regis.*

Prima Frederici Regis coniux fuit *Constantia* Ioannis II. Castellæ Regis, & Alenoræ II. cuius paulò antè meminij, sùlia an. 1366. mense decemb. PP. Innoc. IV. apud Auinionem indulgèntia d & an. 1357. 11. sept. per procuratores Frederici in Perpignato desponsata e. ann. 1359. 4. nouemb. vesta trirēibus sub duce Olpho Procytha, tunc Sardinia Gubernatore Barcinone soluit, & Callarim venit, inde in Sicilianam traiecit, ac Drepanum appulit, terrestri mox itinere Menzum adiit, ibi 28. feb. ann. 1360. inter Regem, & Reginam celebratæ sunt nuptiæ, ac per Martialem Catanensem Episcopum cōsecratæ f. an. 1363. mense iulio *Mariam* peperit Catanæ è sacro fonte ab Artali Alagona susceptam. sed Constantia post tres dies interiit, hac epigraphæ eius sepulchro adiecta, & post plerosque à morte annos.

D. O. M. *Constantia Petri IV. Aragonum filia* \* & *Frederici III. vxor* *Catana obiit anno sal. 1363.*

2. *Antonia Ducis Adria filia, Ioannaque Regina Neapol. consanguinea* fuit altera Frederici coniux, magno procerum conuentu, solemnique ritu apud Messanam an. 1374. 17. ian. ab Io. Sarlatense Episcopo Apost. Legato nomine Gregorij XI. desponsata s. tunc fidelitatis iuramentò à Frederico recepto, lectisque pacis inter Ioannam, & Fredericum Reges pactionibus, ab eodem Greg. Pontifice 6. Kal. sept. pont. an. 2. apud Auinionem confirmatis h, à diris, quibus hæcenus Sicilia fuerat inuoluta, absoluitur. Sed Antonia 23. ian. 1374. infelici casu periit, & Messanæ hoc epitaphio conditur i.

*Hic Regum soboles, Frederici Antonia coniux*  
*Sicania Regina iacet, sum Lancla supremo*  
*Dar cineri, & raptam florentibus ingemit annis.*

iº suc-  
cession.

coro.  
a not lib 1.  
not. 2 fol.  
351. & in  
append fo.  
456 &  
467.

b Baron. ad  
ann 1097.  
a. l. 1. 12.  
18. Sur. 10.  
2 l. 7. ann.  
1377. Fa-  
zel. dec. 2.  
l. 9 c. 6. &  
not l. 1. not.  
2. f. 350.  
c in Reg.  
canc ann.  
1364 fol.  
172.  
d Sur. li. 8.  
c. 66  
e id. li. 14.

f nos latius  
l. 3 f. 45.

\* ex filia  
neptis.

g nos lib. 1.  
not. 2 fol.  
350-352.

h Baron. an.  
1373. n. 29  
et an. 1375  
n. 22. Suri.  
l. 10. c. 15.  
i nos latius  
l. 1 fo 352.

Mox

Mox Gregorius Pontifex suo nomine fratrem Ioannem Casalensem Minoritam cum Friderico acturum de contrahendo connubio cum *Maria Regis Lusitania primogenita* in Siciliam misit. his sponsalibus Petrus VI. Rex Aragonensis spe successione in Sicilia Regnū iure vxoris Alconoræ obtulit. Quarē Barnabō Imperialis Vicarius in Lombardia, & Mediolani Vice comes per Aragonem Spinolam de Luculo Comitem Palatinum, & Balthasarem Pufferlam ann. 1377. mense Feb. nuntios in Siciliam missos filiam *Antoniam* cum dote 12000. florenorum vxorem Friderico obtulit. Sed ante nuptias eodem anno obiit Fridericus suum condidit testamentum, in quo *Mariam* vnicam ex Constantia vxore filiam ætatis annorum 14. Siculi Regni, eiusque Insularum coadiacentium, Ducatusque Athenarum, & Neopatriæ hæredem instituit; *VVillelmum* verò nothū, quem *Infantem filium* appellat e, in Insulis Melita, & Gaudisio, atque in rebus Alemanie iure matris Elisabethæ sibi debitis hæredem scripsit: hac tamen lege, vt Maria donec nupsit, vel 18. ætatis annum attigerit, sub Artalis Alagonæ Mistræcæ Comitis, Mariæ ex baptisinate patris tutela esset. Mariæ sine legitima prole excedenti succedat eius frater nothus *VVillelmus*. Huic sine liberis obeunti succedant filij Petri IV. & Alconoræ eiusdem Friderici sororis Regum Aragonensium; quibus deinde succedere debeant prognati *VVilhelmi Peralta* Comitis Calatabihoctæ, ac Alconoræ Aragonie vxoris; quæ fuerat consobrina ipsius Regis, & filia Ducis Athenarū Ioannis Infantis d.

Sed antequam de *Maria* legitima Regni hærede dicamus, de *VVillemo* eius fratre notho, vt veritas contra aliquorum deceptiones elucescat, erit sermo.

De *VVillemo Friderici III. Regis filio.*

*VVillelmus* iste *Infans* dictus ex paterno testamento, Comes Insularum Melitæ, & Gaudisij hæres constitutus vxorem duxit *Beatricem de Aragonia filiam Ioānis de Aragonia Abulæ Baronis* regia ex stirpe Regis Friderici II. ex ea, obiit an. 1401. (pōst cū patre Friderico III. Rege in Franciscana æde Messanæ sepultus e) filiam reliquit *Ioannellam de Aragonia*, quam eodem obitus patris die 12. maij 11. iud. Ioanna Baronissa Abulæ auia, & Beatrix tum Comitissa Passaneri mater nuptam dedere *Perrono de Luuenio filio Bartholomæi Magni Cæcellarij Sicilia, Aydonisq; Baronis* cum dote feudorum Nurgallæ, & Contissæ in agro Syracusano, & ob nuptias Bartholomæus tribuit Perrono filio oppida Aydonum ob rebellionem Comitis Rubei an. 1371. à Frid. III. atque Nuhariam ob defectionem Guillelmi Raymundi Montecateni à Rege Martino an. 1397. obtenta, & alia oppida. Ex hoc Perrono natus est *Bartholomæus II. de Luuenio, & Aragonia*, qui primū iure materno, cognomine hoc insigni Aragoniæ vsus est. ex eo *Perruchius, ij.* cuius filius fuit *Bartholomæus iij.* huic successit *Io. Thomas* ab an. 1541. primus Marchio Castri-leonis, huius tertio-genitus *Lourentius* hæres, qui duxit *Catherinam de Cardona filiam Alphonsi de Cardona, Sallucio, Peralta, & Selsani*, hic an. 1542. primus Iulianæ Marchio suam constituit hæredem in Marchionatu; Clusæ, & Rhegij, Comitibus Burgij, Calatamauri, Comitilq;

Baro

\* hæc vidua ex Ferdinando fratre Petri IV. Regis Aragon. a Bzou l.c. 67 p. V add. eo an n. 32 b sur l. 10. c. 27. Farz. f. 572.

cid l.c. nos l. 1. f. 391. ex cancell. lan. 1369.

didem l. c.

e nos. l. f. 391. sex a Bir Awoni Pi d. ius Syr. Regia. progen. Aragon. coniuncta luene in Sicilia.

\* Comitatus Rhegi ann. 1439. 17. nouemb. ob obsequia. n. vicioria. Neap. pr. s. ita atque alia oppida Rex Alph. concejtu Alphonsio de Card en.

Anno  
Cbri.  
1377

Baronijs vnicam filiam Catherinam. ex hac, & Laurentio viro in lucem prodire Ioannis, & Thomas, &c. deinde hoc ex Ioanne, & Catherina Aragonia, & Tagliauia sorore Caroli Ducis Terre-nouę cõfuge *Alphonfus*. cui sine prole obeunt ann. 1584. succellit patruus *Thomas ij.* iste bis Prętor Panor. ab an. 1602. Castrileonis primus Princeps, cuius hæres ann. 1614. fuit filius *Laurentius ij.* Strategus Messanę, iterum Vicarius Proregis, iure vxoris Antonię de Auerna etiam oppidum S. Catherinę in Calabria est adeptus; ex ea suscepit *Elisabetham* nunc vxorem Marci Antonij Columę Romani Principis Tagliacocci, Ducis Curbarię, &c. atque Magni Comestaboli Neapolis; & vxorio iure est Princeps Castrileonis, Marchio Iulianę, Comes Cluse, &c. Huic præclarissimę familę de *Iuuenio*, *Aragonia*, *Cardona*, &c. Ioannes eques S. Iacobi iterum Panormi Prętor ab an. 1633. titulo Ducatus Angiõ auctus etiam est. de infantis VVillelmi de Aragonia regia progenie fatis hæc. Obijt vādē *Fridericus III.* Rex Messanę 6. Kal. Aug. ann. sal. 1377. regni verò an. 23. a cuius cadauer in Messanenſi S. Francisci æde sepultum est, hac epigraphæ ab Abbate *Mauolyco* deinde insculpta.

*Sepulch. Srenissimi Friderici Regis Aragonia \* Sicilięque. obiit anno Dom. 1377. 15. ind.*

*Friderico Aragonio Sicilia Regi huius nominis Tertio, eiusque matri Elisabetha, filijque Guillelmo \*, & Ioanni Randacensi Duci \* Principibus benemerentis. Ioannes Vega Prorex sepulchrum erexit M. D. LIV.*

*De Maria ex Aragonen. V. Sicilia Regina XIX.*

XIX  
Sicil.  
Reg.  
Mar.

**M**ARIA Sicilię Regni scripta est (vt vidit̃is suprà) à patre *Friderico* hæres, & ob ætatem annorum 14. sub *Artalis* Alagonę tutela. Sed odij, inuidięque stimulis acti, vt fit, reliqui *Proceres*: cùm alius alium Regni Siculi Vicarium esse vellet, in partes discessere, vt ex occasione latius nos lib. 3. not. 2. *Artalis*, vt tutor Reginam despondit *Ioanni Galeacio* Virtutum Comiti ( fuit is primus *Mediolani* Dux ) hac tamen lege, vt aduersus Reginę rebelles classem mitteret. Ad obsistendum *Petrus IV.* Aragonię Rex: quòd Regnum sibi hæreditario iure deuolutum esset, contendens, sub *Amirato* Aragonenſi *Bernardo Caprera* Comitis *Osonę* nepote in *Sardiniam* triremes plures, & sub duce *Giliberto Curilles* quinque in *Siciliam* misit <sup>d</sup>. *Vrbanus VI.* ne cuiquam, ipso in scio, traderetur in coniugium *Maria*, tres perscripsit litteras in eandem ferè sententiã; quarum autographa inter *Panormitanę* Ecclesię tabulã extant. Primas datas Kal. Ian. *Artali de Alagona Mag. Iustitiario*, *Manfredo de Claramonte Amirato Trinacria*, & *Guillelmo Peralca*. secundas dat. 17. Iunij *Maffio Archiepiscopo Messanen.* Sedis *Apost.* Nuntio e. & *Tertias* huiusmodi. *Dilectis filijs nobilibus Viris. Vniuersis Comitibus, Baronibus, ac omnibus. & singulis* *Communitatibus, & Vniuersitatibus* in Regno *Trinacria* constitutis sal. & *Apost. bened.* Licet olim tam per *felicitis* recordationis *Gregorium PP. XI.* prædecessorem nostrum primò, quàm etiã postmodum per nos inibitum fuerit, *charissima in Christo sua nostra Maria Regina Trinacria Illustri, ne absque Romani Pontificis licentia matrimonium cum aliquo contrahere præsumeres, decernentes irritum quid*

1379

de obit  
& sepul  
R. Frid  
...

Sur. L. 10  
c. 21.

\* nunquam  
fuit Rex A  
ragonia. 1  
\* hic no  
minus vsu  
rpa.

\* non suis  
lius, sed  
frater Re  
gis nos fol  
348

1<sup>o</sup> succe  
sionis.  
fol 49.

ex Bern  
Cariou  
sua hist  
Medi-ann  
1379.  
d Sur. L. 10  
c. 24.

e nos. 1. j  
358.

Anno  
Chrs.  
1329

speras Annunciationis B. Virginis Drepanum appulere, ibi plurimi Siculi proceres, depositis armis, pedes, manusque regias deosculantes; atque honorificentissime more regio excipientes, fidei sacramentum exhibuerunt. Mox Martinus de suo appulsu scriptis Nicolao Peralta, eiusque matri Leonora de Aragonia (quam amitam appellat) atque uxori Antonij de Vigintimilio, Guillelmo, & Francisco de Vigintimilijs, Ludouico de Montaperto, Mattheo de Carretto, Gerardo de Angularia, Antonio de Ioanne, Mansfredo de Habita, Andrea de Moneto, Antonio de Bonito, Friderico de Friderico, Andrea Rosa, Puccio de Amodeo Equitibus, Baronibus, & Iuratis Urbis Panorm. a Ex Drepano terrestri itinere 2. aprilis die fuit in oppido Salernitano, die 5. Gicami, die 8. in Monte-regali. huc se contulit Andreas Claramontanus, qui prius ad Regem tanquam deprecatores transmiserat F. Paulum Archiep. Montereal. & Andrean de Miniaco equitem Panorm. apud Regem suam ille seditionem excusare, causari Artalis Alagonę superbiam. tandem petit, vt in Montereali subsisteret, donec ipse Panormum Regiam Urbem ad eum excipiendū ordinaret; sed reuersus Andreas, Panormum ad arma exiit aduerus Regem. perfidiam Rex aduertit, atque à die 10. april. obsidere Urbem cepit. Interim verò arrepta Messanenses hac occasione sue amplificandę Urbis primū Barcinonem Nicolosium. Chriastoratorē miserē ad captandam Regiam beneuolentiam. at post dum Rex Panormum obsideret, alios, vt Messanę Regijs se exornari infulsis pateretur. Id sibi placere, si Ciuitas Panormitana per vim armorū caperetur: respondisse tradit Bonfiglius c. Tandem 17. maij. compositis rebus receptus est Rex à Panormitanis in suam Regiam urbem.

De Martino ex Aragon. VI. Sicilia Rege XX.

XX.  
Sicil.  
Rex  
Mar.

**M**ARTINVS ergo etatis annorum 18. iure vxoris Marię Rex Sicilię, cum illa, atque Martino patre Montis-albi Duce Panormum more regio die 17. maij an. 1392. ingressus, mox Regni Amiratam Bernardum Capreram, Mag. verò Iustitiarium Guillelmum Raymundum Augustę Comitem consanguineos constituit, atque Andreę Claramontani caput obsindi voluit: quod rerum insidias in Regem molitus esset; eius bona scil. Motycę Comitatus, Ragusam, Spaccasurnum, Turillum, Gomisum Bernardo dedit, ex priuil. dato 15. iulij 1392. a his de rebus idem Martinus die primo iulij perscripsit Ioanni fratri Aragonię Regie. Cū in alijs verò urbibus adhuc per Alagonas turbaretur, non licuit Martino more maiorum Panormi, donec turbas sedaret, regium suscipere diadema. sed 4. iunij Messanam, 7. eiusdem Catanam adiuit, vbi diu in sedandis seditionū procellis, eiciēdoq; Artali elaborauit. Verū cū abesset Panormo, quidam, quibus nomen inditum Campisij Claramontanorum nomine turbas ciebant, ob eas verò res Catana scripsit Rex an. 1393. g. Archiepiscopo Panormitano gratias agens, prefertim quòd: Regium palatium Urbis Panormi in regiam deuotionē, ac tutelam conseruasset. & paulò post ait: Rogerius etiam Parus a retulis nobis turbarum auctores; sed eius Panormi nobis fuisse fidelissimos, atque additissimos. Anno post 1396. scriptis litteris Catanę 16. martij 5.

1393

1396

L

ind.

a Prot. an.  
1390. f. 13  
19. 20. 22.  
304

b Swit. lib.  
10. cap. 49.  
nos l. i. fol.  
355. et lib.  
prot. ann.  
1390 f. 25.  
c in hist. Si.  
l. 10. p. p. f.  
325.  
19 suc-  
cession.

d Capib. ter-  
ranon. f. 39  
e habet in-  
gras Pro-  
ton lib. an.  
1391. f. 35.  
f. ibid. f. 76.

2 ibid f. 83.

a in reg. Cā  
cel. lib. an.  
1309 lib.  
193.

b prot. lib.  
an. 2306.  
f. 38.

Panor.  
Eccl. &  
Archie.  
pr. uil.  
& mos  
coronā  
di Re  
ges Sic.  
c de antiq  
sur. Eccl.  
Sic. ca. 24.  
in fine.

\* obiter at  
19 martij  
an. 1395.

d Surit. lib.  
10. c. 39

e idem. ca.  
62. 67.

ind. a suis dedit vices in vrbe Panor. *tangū Principali, & insigni in Regno* D. Iaymo de Prades sibi, & sacre domui Aragonie consanguinitate, & stricta familiaritate coniuncto, vt vnā cū ipso assistant scēper Bartholomæus de Iuuenio Regni Siciliæ Cancellarius, Raymūdus de Bages Regni eiusdem Marefcallus, Gerardus de Melleone, Guillelmus Talamanca Maiordomus noster, Antonius de Bosco, Bisbertus Talamanca milites, consiliarij. pōst: *ne non nobiles Abbas de Filingerio, & Vbersinus de la Grua milites, Mag. Rationales, consiliarij, &c.* Mox Panormitani suum Archiepisc. Gilifortem, & Odinum Pāpatum, V. I. D. Matthæum Bonanum, Matthæum Cauafona, Nicolaumque Bononium ad Regem oratores destinarunt. eos humanissimè recepit Rex, iniuriarum, quas Claramontanorum iterum archibus circumuenti fecerant, immemor Panormi de ceterorum Regum more ad solemnem inaugurationem se venturum promisit. narrat hæc Rex ipse, dum an. 1397. 20. april. rata habet Panormitanæ Urbis priuilegia. Sic: *Tandem verò Vrbs Panormitana, depulsa terroris Henrici de Claramante caligine, stimulo naturali compulsa iugū tyrannicum adieciſſet, libertate adepta de nouo alios suos legitimos ambaxatores ad nostram Serenitatem transmisiſt, qui pro parte vniuersitatis prædictæ eidem Serenitati Capitula obtulerunt, super quibus nostras responsiones fecimus.* In quarto capitulo. *Inter alia priuilegia Urbis Panormitanæ, & Cathedralis Ecclesiæ dictæ Ciuitatis, sit confirmatum, approbatum, & (si necesse est) denud concessum: vt prædicti Serenissimi Rex, & Regna, & omnes alij eorum successores sequentes vestigia eorum Serenissimorum prædecessorum debeant coronari, & recipere suam sacrum diadem in eadem Ciuitate Panormi, in loco solito, & consueto; nisi hominus dictam coronationem recipere per manum Reuerendi Archiepiscopi Panormitani, qui pro tempore erit, sicut mos semper fuit ex vi priuilegiorum dictæ Ciuitatis; & ad consolationem dictæ Urbis, & Vniuersitatis dignetur dicti domini Regales exequi dictam coronationem. Placeat Regiæ Maiestatis, quod coronatio Regalium fiat in Vrbe Panormi, prout fieri debet, & hætenus fuit consuetum. quam coronationem dictæ Maiestates celebrabunt quam citius poterunt ad totius Regni consolationem. Equibus sanè verbis animi liuorem in Alberto & Piccolo contedente: *Vix unum Fridericum II. ab Panormitano Archiep. coronatum, facillè deprehendas.**

Dum hæc seriùs aguntur, vt statim inaugurationis fieret, obfuit nūtius de Ioannis Aragoniæ Regis obitu\*: quam ob causam ad Martinum Montis albi Ducem, nostri Regis patrem, & Ioannis demortui Regis germanum fratrem ex testamento eorum genitoris Petri IV. Regis, ac Ioannis fratris codicillo, cessioneque Violantæ vnicæ filij Ioannis, Aragonense deuenerat Regnū d. Siculis rebus prius bene cōpositis. cōsiliarij filio Martino datis Petro Serra Episcopo Catalaunsi, Franco Gagarriga, Hugone de sancta-pace, alijsque Catalaunis, & Aragonensibus in Sicilia; Guillelmo-Raymūdo etiā Mōtcatino Augusti Comiti, vt magis beneficijs deuinceret, Melitenfis Insulæ Marchionatus titulo donato filiū cōmendans; quāmplurimos Catalaunos, & Siculos proceres selegit, & secum in classe trirremium Catalauniæ, & Valentia assumpsit; die 13. decemb. ann.

Ann.  
Cברי.  
336

1397

Ann.  
Cbr.

1397

1397. soluit Messanā, die verò 12. feb. Sardiniam appulit, inde Marsiliam, vltimo die martij Auinionē ad Benedictum XIII. PP. Petri de Luna nomine cōsanguineū colēdū, atq; cū eo de vnione ecclesie agendum. à quo & Rex Aragonia saluatur, & die dominico Rosa de more donatur, atque in Insularum Sardinie, & Corsicæ ditione confirmatur; inde Barcinonem, tandem Cæsarugustam venit. Vnde & sororem Ioannam, & sororium Focensem Comitem, vti rebelles expellens, mox in Siciliam Pontium de Thaut Archidiaconum Cæsarugustanum destinauit ad filium suum Regem, vt ab eo ensem Imperatoris Constantini in Sacello Regio S. Petri Panor. diu seruatam pro suæ coronationis solemnitate exposceret, atque eundem vtriusq; & patris in Cæsarugustana, & filij in Panormit. eade coronationis diē octauæ Paschatis 13. april. 1398. statueret.

ad d. c. 63.

bid. c. 69.

c. id. c. 65

coron.  
d. lib. can.  
an. 1398 f.  
94. & nos  
l. i. fo. 161.

1398

Martinus ergo nosse eo tempore Panormi, ab illius Archiepiscopo Giliforti coronatus est; vti his verbis declarat etiam Rex: Panormitanam ecclesiam inter alias Regni Ecclesias eò volentes amplius honorare, quò Caput earum in Regno esse dignoscitur, vbi etiam celesti præsidio clarum Regni feliciter suscepimus diadema.

Porrò antiquissimos Regum præcessorū mores amplexus Martinus eidem Primarię Ecclesie Panormitanę annuas auri vncias 200 per uigilio Assumptę Virginis tribuendas scripsit ad Vbertinum de Grua à regijs secretis die vltimo Iulij. Solent enim post Deipare per uigilij vesperas, omnes Panormitanę Urbis artifices suas distributi in classes celebri inambulatione accensas præferentes faces ad Cathedrale ordine procedere, vt decimarum loco quidpiam Virgini, cui templum illud dedicatum est, in grati animi significationem offerunt: gestant verò in thesibus singulę classes diui cuiuspiam simulacrum, quem sibi Patronum optarunt. Sed poipam claudūt duę aureæ Aquilę, quę Regis sunt insignia; post eas verò, qui à secretis est Regis in Panor. vrbē cum tota sua Curia, eiusdem Regis nomine vadit ad templum, atque pecuniam in Deiparę cultum erogandam numerat.

c. Proton.  
an. 1392 f.  
84.

De vxoribus, & filijs Regis Martini iunioris.

Prima ( vt vidistis ) Maria nostra Regina fuit. hæc Fridericum materni aui nomine, non iuxta Panormum annò 1391. ( vt putat Fazellus ) sed Catanę die sabbatho 7. sept. an. 1398. peperit; atq; nomine Papę Bonifacij IX. ab Episcopo Albano Apostolico Legato baptizatum. infantem hunc haud rectè Petrum appellant aliqui. Is biennio exacto Catanę 16. augusti ann. 1400. mater verò 25. maij Leontini an. 1402. obiēre, quorum cadauera in Catanensī Cathedrali templo condita sunt.

f. dec. 2. fol.  
174.  
2 nos l. 3. f.  
72.  
b. Sur. l. 10  
c. 67. Man  
rol. l. 5. ca.  
170 & l. 1.  
f. 32.

1402

Mar.  
solus  
Rex.

His defunctis, Siculum Regnum sub Martini potestate fuit, siue quòd Maria coniux suo testamento eum heredem, & successorem scripserat, siue quòd pater Martinus ( cuius nomine, & procuratore illud regebat ) vti Aleonorę sororis Friderici III. genitoris Marię filius, propinquior erat in consanguinitatis gradu.

i. Sur. l. 10  
c. 74.

Secundam Blancam Aleonora infantissa Castella, ac Caroli Nauarra Regis secundandō genitam duxit vxorē Martinus cum 1000. florenrum Aragonensium dote, Benedicto XIII. per oratorem Cardinal.



Ann.  
Chri.  
1409

His dispositis, & in S. Iacobi Apost. peruigilio susceptis ecclesiarum sacramentis, die sequenti 25. Iulij an. sal. 1409 æt. suæ 35. Regni 18. obiit, & in templo maximo Calaris conditus est.

*De Martino II. ex Aragonen. VII. Sicilia Rege XXI.*

XXI.  
Rex  
Mar.  
II.

**M**ARTINVS II. senior Aragonie Rex tum Martini filij, atque Frider. II. aui materni testamento, tum Aleonoræ (hec Regis nostri Petri II. filia fuit) matris iure a Regnum Siciliae suæ adiungit ditioni ann. 1409. 17. sept. apud Barcinonem, cum de filij obitu per F. Vincentium Ferrerium à Benedicto XIII. certior factus fuit b, numerum Blancam Reginam confirmavit Vicariam in Sicilia.

*De uxoris, & filijs Regis Martini II.*

Ex prima vxore Maria Lunæ Comitissa, quæ an. 1407. 29. decemb. è viuus excessit in Valle-regali iuxta Valétiam, & in monasterio Populeti iacet c, Iacobum, Ioannem, & Margaritam infantili ætate decedentes d; deinde *Martinum nostrum Regem* suscepit. Maria prima coniuge defuncta: Martinus cum *Margarita de Prades, Petri de Prades*, ac *Ioanna de Caprera filia*, primæ vxoris Mariæ alumna, eximia pulchritudinis puella an. 1409. 14. sept. spe nouæ prolis, Benedicto XIII. ac primoribus Hispanis persuadentibus, regales celebravit nuptias. & licet ad vires suas excitandas præcipuus cibus, ac obsecanis abusus fuisset remedijs e; *Margarita* tamen sponsa virgo remansit. Inde *Martinus* ob eximiam pinguedinem vel pestes, vel venereo vsu, vitam cum morte commutauit ætatis suæ an. 52. sal. 1410. vltimo maij, Regni Aragoniæ 14. Siciliae primo. in cœnobio Vallis-Dözellæ postû cadauer eius, inde ad Populeti regium monasterium est delatum. testamento coram Aloyisio Maioricæ Episcopo, Rogerio Moncada gubernatore, Guill. Raymundo Moncada, &c. per Protonotarium Catalauniæ Raymundum Cescomem conscripto, Proceribus Catalaunis, vt Regem sibi maximè propinquum, & prudentissimum deligerent successorem decreuit g.

Interregno durante, Regina Blanca ex Martino I. vidua primû illius, deinde fœderi voluntate Imperium Siciliae retinebat. Huic Bernardus Caprera Morycæ Comes, Siciliae Iustitiarius, magnæ potentie, & auctoritatis vir aduersabatur, eamque defunctis sine prole Martini, quorum vices subibat, iam exautoratam esse; illumque Regem omnino futurum, quem Siculi diligissent, contendebat. Interim verò ( cum supremus esset magistratus ) ad se Prouincie moderationem pertinere. imò Regnum Bernardus iam senex affectabat, & Reginam eximie, singularisque formæ, coniugem calidè, ac petulantè exposulabat h. Cæterum Præsules, Baronesque Siculi coactis Tauromenij Comitij decreuere, vt *Regina Vicariatus munere spontè se abdicaret, Siciliaque imperium Antistiti, aliquibusque Baronibus Panormitanis, Messanenibusque tribueretur: litteræ verò sub titulo Regis Sicilia, Regina Vicaria, atque Gubernatorum horum scriberentur; Fridericus Luna Comes, vti legitimus Rex accerferetur, vel Blanca Nicolo Peralta ex Aragonia Regia stirpe matrimonio copularetur; ita & Aragonensès, & Siculi suo laterentur Rege, & unum ab alio diuideretur Regnum i.*

a vide Petrum Aleo-  
ranum in  
conf. 334.  
iº success  
sionis.  
b Sur. c. 89  
c idè l. 10.  
c 84.  
d l. c.

\* pronepo-  
tis Petri In-  
fantis Ara-  
gonie.

e Sur. c. 69  
89. Maria-  
nal. 19. ca.  
19.  
f Garim-  
bay. 4. ca.  
16. l. 32.  
obitº, &  
sepulc.  
Mart. II.  
Reg.  
g Sur. l. 9. l.  
11. c. 2.

h Laurentius Valla  
apud Suri-  
al. l. 1. c. 7.

i Suri. ibi-  
dè c. 18. &  
19.

Inte-

Interea Benedictus XIII. prope Barcinonē 20. aug. pontif. sui ann. 15. post Martinū senioris obitum, publicē decretum affixit huiusmodi: *Legitimus D. Fridericum de Aragonia Comitem Luna: declarantes eius auum Aragonia Regem affirmasse esse filium naturalem Regis Sicilia, non obstante obice natalium dispensamus ad successionē Regni Trinacria, habitantes eum ad quemcumque honorem, & dignitatem regali in Regno Trinacria, eiusque Insulis coadiacentibus, ita ut eius filij legitimi in illis succedere possint, sine tamen prauidicio iuris Romanae Ecclesiae, &c.* Quod Siculi Primores percipientes, statim plures destinauerunt oratores, vt ad capesendum Regnum Fridericum suaderent. Sed illi per gratiam annorum 9. sub tutela adhuc Raymundi de Torrellas non licuit: omni tamen iure diuino, & humano Regnum sibi deberi Fridericus affirmabat; non solum ex pontificia, & regia dispensatione, sed quod ex aui testamento idoneus ad id fuerat declaratus.

Attamen ipso Friderico, Comite Mattheo de Fox filio Ioannae primogenitae Regis Ioannis, Violanta eiusdem Ioannis secundogenita Ludouici Neapolitani Regis vxore, Iacobo Aragonio Vgellis Comite ex masculina; Alphonso Candie Duce Iacobi II. Regis Aragoniae nepote, & Ferdinando Ioannis Castellae Regis secundogenito ex feminea stirpe, Aragoniae, & Siciliae Regna hereditatis iure ambientibus d. Die 28. iunij 1412. Vincentius Ferrerius Dominicanus genere Valentinus, concionibus, vitae sanctimonia, & miraculis ad exteras vsque nationes clarus, ē suggestu: *Ferdinandum Ioannis Castella Regis secundogenitum, Lara Dominum, Pignasfelis Ducem, Alburquerque, & Maiorica Comitem, Cusuri, & Hari Dominum, Alonora Petri V. prognatae Regis Martini senioris sororis filium, tunc absentem, voto omnium Regem Aragoniae, & Siciliae declarauit* post Martinum Aragonensium Regni series desecit, & cepit Castellae, & Legionis in Sicilia:

SVB IMPERIO REGVM ARAGONENSIVM

in Sicilia, Hi Proreges fuerunt.

1. *Constantina Regina* an. 1283. cum Iacobo infante filio *Vicariae* & *gubernatrix Regni* à Petro I. R. in cōueta coactō Catanae cōstitutus. in Regione *Netina Guill. Calcerandus de Carrella*, quē Rex cingulo militari, & *Catanzari Comitatus* titulo exornauerat.

2. *Fridericus de Aragonia infans* ab an. 1291. 23. iulij ad an. 1296. cūm Rex Siciliae salutatur, pro fratre Iacobo Rege.

3. *Petrus de Aragonia infans* ab an. 1321. 19. apr. sub patre Frid. II. ille *Nicolaum de Lancea Longi*, & *Cassiana Baronem* per litteras dat. Messanę 1341. & alias Pisis 4. maij 1348. substituit.

4. *Damianus Palicius* Regni Vicarius, ex concilio collateralis, & Cancellarius ad an. 1340. sub R. Petro II.

5. *Ioannes Aragonius Infans Dux Athenarum*, &c. quem falso *Bzouius Duce*m Messanensium appellat, ab an. 1341. ad 1348. pro nepote Rege *Ludouico Vicarius*, & *Baiulus in Regno*.

5. *Biascus Alagona II.* sufficitur an. 1348.

ad idem c. 6.

bid. ca. 83.

cid. ca. 19.  
81. & 82.

did. tot. li.  
11. Petrus  
Ancoran.  
in consil.  
334. Bzo  
nius ann.  
1412. nu  
10. &c.  
e obit et.  
ann. 75. in  
ciuitate  
Nanes Bri  
taniae 5. o.  
apr. ann.  
1419. suri  
ta l. 15. ca.  
73.  
f. Sur. ca. 9.  
32. 83. 89.  
sub Pe  
tro I. R.  
ex Faz.  
Mauro.  
sub Ia  
cobo R.  
h. 105 lib. 3.  
44. ann.  
1296.  
sub Fri  
de. II. R.  
in 105 lib. 3.  
ca. 44. an.  
sub Pet.  
II. R.

Anno  
Cbr.  
1410

6. Comes *Matthæus Palicius* opera *Elisabethæ* Reginæ ad an. 1352 a
7. *Constantia Abbattissa* Ludouici foror in Procerum conuentu *Vicaria* constituitur. *Rolandus Aragonius* Syracusis præficiuntur b.
8. *Eufemia* Galliani oppidi domina ab an. 1355. pro fratre R. Frider. III. ad an. 1359. cum *Cephalædi* obiit. Inde Rex vel sub tutela Comitis *Fraucisci de Vigintimilijs*, vel *Artalis Alagonæ* semper fuit c.
9. Comes *Francis. de Vigintimilijs*, *Artalis de Alagona* Comes *Mistretta*, *Manfredus Claramontanus Motycæ* Comes, & Comes *Guillelmus Peralta* simul pro Regina *Maria* ex testamento patris *Frider. I. I.*
10. *Berengarius Cruyllès*, & *Gueraus Querelatus* anno 1391. à Rege *Martino* destinantur *Vicarij* in *Siciliam* d.
11. *Iaymus de Prades* filius Comitis de *Prades* ab an. 1396 e.
12. Regina *Maria Vicaria* an. 1403. 1409. pro *Martino* viro, & iterum an. 1410. pro *Martino* socero, & ad an. 1414. pro Rege *Ferdinando*, vni cum *Romeo Corbera magistro ord. Montese*, *Ferdinando de Vega*, & *Martino Torresi*.

Hi Mag. Iustitiarij.

1. *Alaymus Leontinus Dominus Bucherij, Palatioli, & Adogerbij* an. 1283. non multò post vti perduellis cum nepotibus in arce *Tecuranzæ* iuxta *Ileridam*, eius vxor *Mochalda*, & filij in *Sicilia* in carcerem conijciuntur, & iussu Regis *Iacobi Alaymus*, & nepotes pallijs inuoluti in mare iuxta *Drepanum* proiciuntur g. In Regione verò *Demane Iacobus filius Guillelmi de Aceto Florentini* anno 1312. iustitiarj. eodem anno ex tab. vrbis *Panor.* fit cuius vti ex genere Comitis *Roberti*, & *Guarini de Aceto*: nos suprà f. 18 b.
2. *Matthæus de Thermis*, à quo gen<sup>o</sup> repetit suam familia de *Thermis* in *Sicilia*, ab an. 1629. Principatus *Castel-Termini* titulo illustrata.
3. *Blascus II. Aligona* an. 1337 K.
4. *Matthæus Palicius*, eius frater *Damianus* vicesgerens, & *Conradus Spatafora* in valle *Castri-Ioan.* Iustitarius. nos L. 3. not. *Catan.* l
5. *Guill. Raymundus Moncada Augustæ* Comes ab an. 1391. ad 1398. Sed *Vice Iustit.* erat *V. I. D. Thomas Cryspus*.
6. *Nicolaus Peralta*, & obiit an. 1399. 17. Kal. sept. eius *Vicesgerens Guillelmus de Asmarim*.
7. *Bernardus Caprera* sub *Martino*, & *Maria* Regibus.

Hi Mag. Amirati.

1. *Iaymus-Perez de Aragonia* nothus filius Regis *Petri* l.
2. *Rogerus Lauria* sub eodem *R. Petro*, & fratribus *Iacobo*, & *Frider.* sed vti rebellis hoc munere, & oppidis *Francauille*, *Nugarizæ*, *Tripis*, &c. priuatur.
3. *Conradus de Aurea Ianu.* filius *Orbeti de Aurea* sub *R. Frid. II.* a quo *F. Rogerus de Brundusi ord. Templariorum* filius *Richardi de Flore egustis Alemani* constitutus est *Vice-Amiratus P. Córado* viuente, tunc *Castri-noui Domino*,
4. *Raphael de Aurea Ianuensis*.
5. *Io. de Claramonte Agriq. Manfredi Comitis* *Mabac* frater, ac *Vicarius generalis Imperij*.
6. *Othobonus de Aurea Ian.* *Raphaelis* filius, illius contumacia

7. Man-

a Faz. fol.  
533.  
b id f. 552.  
sub Fr  
der. III.  
Reg.

c id f. 566.  
e 570.

sub Mar  
tino R.  
d Sur. l. 10.  
e 49.  
e nos suprà

fin cancel.  
an. 1413.  
f. 112 prot.  
1412 fol.  
2: 6. Sur. L  
13. c. 1. Fa  
zel. f. 282.  
x Faz. fol.  
499.

b Faz. fol.  
508.  
d id f. 529.  
e 537.  
K. ur. l. 8.  
c. 28.  
Inor l. 3. f.  
49.

m prot. an  
1398.

n Faz. fol.  
495. e  
Sur l. 4. fo.  
256.  
o ydem Fa  
zel. f. 514.  
Sur. l. 6. c.  
46.  
p sur. l. 2.  
l. 6. c. 1.

a ibidem  
b. F. 7. fol.  
561.  
cid. f. 566  
d. Sur. n. 2.

7. Manfredus de Aurea an. 1353. subrogatur a.
8. Fridericus Lancea in bello iuxta Catanam occisus b.
9. Comes Henricus Rubens c. iacet in æde Carmel. Panormi.
10. Conradus II. de Aurea Oethoboni frater, ac Mag. Rationalis d.
11. Bernardus Caprea Catalaun. & Motya Comes, ac Comesstabulus sub Rege Mart. illius vices gerebat Calceranus Marques ad an. 1398. etiam eques Catalaunus.
12. Tymus de Prades etiam Comesstabulus, qui missus ad PP. Benedictum XIII. an. 1409; 25. aug. apud Perpignanum obiit, & sufficitur
13. Sancius Ruiz de Libori Vicecomes Galliani ab an. 1409.

Hi Mag. Cancellarij.

1. Ioannes Proyna, cui, & successoribus ob preclara obsequia Regi Petro I. præstita, in Regno Valentæ castra Luxenæ, Benizani, & Palmæ tradita sunt.

2. Conradus Lancea, qui in bello inter fratres Reges Iacobum, & Frider. occubuit, & sufficitur anno 1299.

3. Vinciguerra Palicius f. eius frater Damianus deinde, & an. 1340. è Regno exulauit, sitque

4. Raymundus Peralta Comes Calatillosta, ac Camerarius maior g.

5. Guill. Peraltis etiam Comes Calatib. Raymundi filius. tunc Guillel. Raymundus Montecatenus Comes Aug. Fle. Allierius, seu Vexillarius (Italice. Contalunerius) & Henricus Kuffus Comes Aydonis Magister à rationibus, & ab an. 1356. ad 1371. Cancellarius b.

